Processus Iudiciarij. Prima Instantiæ Capitulorum series.

Cap. 1. De Iudicijs in genere. fol. 2.
C. 2. De Diuisione Iudicij multiplici 4
C. 3. De Circumstantijs Iudicio rum. 7.
C. 4. De Personis in Iudicio mecessariis. 8.
C. 5. De jjs qui iudicare, facessare nequiut. 13.
C. 6. De Tempore, et Loco Iudicij. 16.
C. 7. De Causa Iudicij & figura eius. 21
C. 8. De Iudicio Summario, in quo seruatur ratio iudicij, non seruatur. 26. 27.
C. 9. De diuisione processus Ordinis Iudiciarij. 28.
C. 10. De parœna Iudicis, & Rei & Actoris. 29
C. 11. De foro Competenti 32
C. 12. De primo membro Processus. De Litigne. 37.
C. 13. De Citacione per publicum Edictum. 70. 42
C. 14. De Executione Citationis, et eius effectu. 44
C. 15. De Comparitione Actoris, & Contumacia Rei. 46.
C. 16. De Comparitione Rei. 53.
C. 17. De libelli oblatione. 55.
C. 18. De Actionibus 64.
C. 19. De petendo Copiam libelli 66.
C. 20. Quid ear Reus deliberabit 68.
De Exceptionibus. ibid.
C. 22. De Replicationibus: 77.
Prolone & Appellone a grauamine post interlocutoriam Suiam. 81.
C. 23. De Exceptionibus con Libellum. 83
C. 24. De Termino ad Replicandum con Exceptionis Rei, Libello datas. 86.
C. 25. De Termino ad Recognoscendum quod fit, de Mutuis petitionibus. 88.
C. 26. De 2° Membro Processus Litis Contestone. 91.
C. 27. De effectu Litis Contestonis. 93.
C. 28. De iuramento Calumniæ. 94.
C. 29. De tno ad Replicandum et Articulandum. 96.
C. 30. Qualiter Positiones fieri debent 99.
C. 31. De tno con Positiones, & Articu. 102.
C. 32. De altero ad respondendum Positionibus per Iudicis Interlocutoriam admissis. 104.
C. 33. De Probationibus 109.
C. 34. De Confessionibus Partium. 111.
C. 35. De Testibus 114
C. 36. De Interrogatorijs, Testibus dandis. 123.
C. 37. De Examinatione Testium. 126.
C. 38. De Probatorijs Dilonibus ad producendos Testes. 131.
C. 39. De Publicatione Testium. 135.
C. 40. De Exceptionibus con Testes. 136.
C. 41. De tno ad producendu Instrumenta oia. 142.
C. 42. De tno, ad audiendum, con producta 147.
C. 43. De reliquis Probonum generibus veritfactiendia, Notrietate, & Infamia. 150
C. 44. De Iurato litis decisuo 153
C. 45. De Præsumptionibus legitimis. 155.
C. 46. De tno ad Declarandum, & audiendum con. 156.
C. 47. De Termino ad Concludend. 157
C. 48. De Taxa Processuum Iuris, & Not. 159
C. 49. De 3° Membro Process. Suiæ, et Reiudicæ. 162.
C. 50. De tno ad ferendam Deffiniuam. 164
C. 51. De Suiæ Impugnatione 167
C. 52. Quomodo cedat, meus expugnone. 168.
C. 53. De Appellonibus. 45. 170
C. 54. Quomodo, et infra quod spm appellandum. 174
C. 55. De Officio Iudicis a quo appellatur. et Apostolis 179
Secreta, fol. 172.

WIMGP
Opole
247 st.

AKG W 430/N 1671C

Processus Iudiciarij Secundæ Instantiæ. Capitulorum series.

C. 1. De introductione hæ, ab Interlocutoria. 185
C. 2. De Citone ad audiendam in Appellone. 188.
C. 3. De tno ad diendum con Appellem 189.
C. 4. De tno ad Iustificandu ab Condemnato. 192
C. 5. De Termino ad Sententiandum 196.
C. 6. Quid Appellans nõ prosequens, aperta vara adhet. ibid.
C. 7. Processus in Causa Desertionum. 197.
C. 8. De Processu Reparatorio Secunda Instæ. a Sententia Deffinitiua. 198.
C. 9. De Libello Appellatorio Commentionali 202
C. 10. De tno ad Deliberand. et de mutuis petitionibus 205
C. 11. De tno ad Respondendum Libello, et iuramentum Calumniæ. 206.
C. 12. De tno ad Articulandum. 207
C. 13. De tno, ad audiend con Articulos 209
C. 14. De tno ad Replicandum. 210.
C. 15. De tno, ad respondendum Positionibus 212
C. 16. De ulteriori processu, coram Iudice adqué. 214
C. 17. De Compulsorijs litteris. 215.
C. 18. De Termino ad Producendum omnia, et ad audiendum con Producta. 219
C. 19. De Termino ad Concludendum. 220
C. 20. De tno ad Sententiandum. ibid.

Processus ordinis Iudiciarij coram Iudice Delegato

Cap. 1. 222
C. 2. De Receptis, seu Commissionis præsentæ. 223
C. 3. De Citatione Iudicis Delegati. 227.
C. 4. De Comparitione Rei. 231.
C. 5. De Termino ad audiendum contra Commissionem, & ad Exceptiõs con Rescriptum. 232
C. 6. De tno, ad Replicandum. 236.
C. 7. De tno ad Interloquendum. 238.
C. 8. De tno ad Articulandum. 239.
C. 9. De tno ad audiend con Articulos 240
C. 10. De tno ad Respondendum. 241.
C. 11. De tno ad quærend Articu negatos. ibid.
C. 12. De Publicatione Testium. 242
C. 13. De ulteriori processu con Delegato 244.
C. 14. De revocatione Sententiæ Interlocutoriæ, et Reductõ in locum Grauaminis 247
C. 15. De Subdelegatione Arbitrorum. 249.
C. 16. De Renouatione Subdelegationis. 250
C. 17. De reductione Testium. 251.
C. 18. De ritu et ordine Processus, cessu, coram Arbitris. ibid.
C. 19. De Sententia Interlocutoria Deffinitiua Latente. 252.

De Processu Ordinario TERTIÆ INSTAN. CAPUT PRIMUM. f. 255.

Caput. II. De liquidatione fructuum f. 259.
Cap. III. De effectuali Suiæ Execut. f. 261.
Vltimò Processus Executionis in Spuali Foro.

Processus Iudiciarij Tertiæ Instantiæ.

Cap. Primum.

De Principali negotio Appellationis. 255

Cap. Secundum.

De liquidatione Fructuum, tumiliæ Expensarum Taxatione . . 259.

Cap. Tertium.

De effectuali Suæ executione. . 261.

Processus Iudiciarij totius Capitulorum Finis.

PROCESSVS IVDICIARIVS

AD PRAXIM FORI SPIRITVALIS Regni Poloniæ conscriptus.

Authore

IACOBO IANIDLOVIO BOZANTINO, Phil. & I. V. D. in Alma Academia Cracouiensi: publico Professore, Illmi Principis BERNARDI MACIEIOWSKI Cardinalis Consistoriali Assessore.

Ex libris Iacobi Stanisl. Jov.

Cum gratia & priuilegio S. R. M.

CRACOVIÆ.

In Officina Lazari, Anno Domini 1606.

Superiorum permissu.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

BERNARDO

MISERATIONE DIVINA TITVLI S. IOANNIS ANTE PORTAM LATINAM S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI MACIEIOWSKI NVNCVPATO, EPISCOPO CRACOVIENSI DVCI SEVERIENSI, NOMINATO ARCHIEPISCOPO GNESNEN: LEGATO NATO, REGNI POLONIAE PRIMATI ET PRIMO PRINCIPI ETC. PATRONO CLEMENTISSIMO.

Iacobus Ianidlouius I. V. D. S. D.

AVGVSTIS NOMINIBVS & amplissimæ dignitatis Principibus, concessum est, ILLVSTRISS. CARDINALIS. vt in eorum numine tutelari fœcunda legitimæ disciplinæ proles, cœtibus hominum gubernandis accommoda, gestiat apparere. Quòd à solerti quoque rerum natura ita comparatum esse videmus; vt recens natis in ipso vestibulo vitæ illustres nominum quærantur notæ, quarum splendore notiores reddantur. Nec immeritò. Sicut namque credimus claros natales plerumq; tribuere maiores ad virtutem impetus: & in Heroicis familiis vim

 præsten-

præstantiorem esse, quàm in reliqua multitudine: Heroicoque generi, quod Deus præfecit, cæteris hominibus additos motus acriores; & generosiorem indolem: ita præclara Heroum nomina, quæ vel ex genere, vel aliquo euentu susceptæ proli aptantur, in ipsis primordiis vitæ, titulo succedētem honorant progeniem, fulgoribusq; illius dignitatis eandem corruscare faciunt. Id quod & ipse, in illustrando legalis meæ scientiæ partu, naturæ suasu faciendum duxi. Innutritus enim Iuris Vtriusque studiis, & à prima firmioris consilii ætate in Iudicum subselliis collocatus, vtpote in in sacrum Consistorium amplissimi fori tui Cracouiensis Assessor accitus, Processum Iuris ad forensis palestræ exercitium, iurisque dicundi normam, ex Iuris Pontificii ac Cæsarei institutis, moribusque & constitutionibus Prouinciæ Gnesnen. (cuius regimen occulto quodam iudicio Dei à multis antè annis virtuti tuæ seruabatur; nunc verò autoritate Summi Pontificis, & grauissimo Regis nostri iudicio ad te deuolutum est) ad vsum fori Spiritualis Regni Poloniæ congessi. Quæ prima tyrocinia forensis meæ militiæ, primumq; Iurisprudentiæ fœtum, in Foro tui culminis conceptum, dum splendore Nominis tui conspicuum apparere cupio; nemo est, qui æquitatis, honestatis, & dignitatis id esse non arbitretur. Nam vt interim gentis Vitelliorum, & Macieiouiorum amplitudinem, literarum monumentis sempiternæ memoriæ indicibus proditam, taceam: exactamque prudentiam, maturum iudicium maximo rerum vsu comitatum, religionem, pietatem, & vitæ integritatem omittam: quæ omnia in te suspiciens, de Sarmatia nostra olim benè meritus Clemens VIII. Summus Pontifex, glorioſæ Purpuræ summum decus tibi contulit, eoque ostro & coccino te velatum non multò pòst Paulus V. Summus Pontifex Rubeo Galero, sacroque Legationis de latere munere, ad confirmandas nuptias Sigismundi Regis cum Serenissima Constantia Austriaca exornauit. Hæc inquam omnia, vt præteream, vnicum id, quod iure applicationis seu clientelæ facere mihi conuenit

uenit, sufficit. Cuius enim quæso splendore hoc sæculo potiùs mea studiorum officina illustrari debet, quàm tuo Illustriss. Princeps, qui in nostro orbe bonas artes singulari amore prosequeris, studiosorumque ac doctorum omnium es Mœcenas, asylum & præsidium singulare? qui quo paupertatem bonis ingeniis obesse sciens ne prouehantur; conatus studiorum meorum perpetuo Sacerdotii Golaceuiensis fructu iuuisti, maiorisque benignitatis tuæ clementiam, quæ tua natura est, in me exercere studens, Cereali donatione Troxensium decumarum fortunas meas auxisti: Quæ quidem pietas tua, etsi vnà cum multis aliis Clientibus, quos & in Lycæo Cracouien. & in aliis externis locis liberali impensa foues, mihi communis sit; ea tamen ipsa ideò proprio quodam iure ad me videtur pertinere, quod in tua tutela, præsidio, virtute, & autoritate, non tantùm me alacriter in docendi munere publico, iudicio Vniuersitatis nostræ mihi delato, pergere, verùm etiam vsum studiorum meorum in augusto Tribunali Tuo habere feciſti. Sed cùm de Clientelaris officii sponsione agnitioneque, non nisi parcè audire velis, ipsa etiam honesti ratio monstrat, operam hanc meam qualemcunque, animo & studio coaceruatam, non posse sine magna ingrati animi nota, alterius nomini consecrari, quàm Tuo. Cùm enim hæc omnia, quæ tibi offeruntur, in Consistoriali Auditorio potestatis tuæ maiori ex parte nata sint, & ex homine dignitati tuæ addictissimo quasi Vernæ prodierint: non debui pro sortis meæ tenuitate committere, (præsertim verò terrarum & Academiæ huius ciuis factus, cuius tu pro more maiorum munus Cancellarii geris) vt veluti in lustro, cum secundùm priscam Censorum formulam, ex animi sententia ageretur, absque censu, id est laborum testimonio, repertus inter proletarios vel capite censos, vt Gellius nominauit, referrer. Quibus omnibus accedit & hoc, quòd dum semper stationem meam omni contentione, studio, cura, fide, tueri conabar; etiam ad præsens ex eadem decedere minus firmi cōstantisque animi existimabam.

vt enim

Vt enim militibus, postquam militiæ sacramento se obligarunt, verecundũ est de abiiciendis hastis cogitare, capitale verò de præsidio decedere: ita mihi in sacro foro Celsitudinis tuæ militanti inhonestum esset, animi tui largitate & principali munificentia præstita abuti, impium verò iura gratitudinis temerare. Quid verò? dum ocii & studiorum rationem tibi Principi meo reddo, an non dignam rem agere vnicuiq; videar? Hoc Trebatius Augusto, Cassius Vespesiano, Neratius Traiano, Iulianus Adriano, Sceuola Antonino, Papinianus Septimio, Vlpianus Alexandro, Trebonianus Iustiniano, & plerique alii magno & excelso ingenio iurisconsulti Imperatoribus præstiterunt. quibus dum magis quã satellitibus septi ac stipati Imperatores illi fuerant, fæliciter quoq; eorum consilio Rempub. administrabant. Sed & Gymnosophistas Indiæ sapientes, quos studiorum ardentior cura incesserat, tantoperè in huius virtutis studium incubuisse proditum est; vt non satis dignum putarent, si ipsi ocii sui maioribus rationem redderent, sed & ab aliis acciperent: qui, priusquàm edulia mensis apponebantur, adolescentes ex diuersis officiis conuenientes, interrogare soliti erant, quid boni à lucis ortu vsque tunc didicissent? quique nihil habebant quod responderent, impransos foras extrudebant; certò id quod verum est sibi persuadentes, sicut virtutis laborem; ita sceleris, ocium esse ministrum. Quorum exemplum secutus in Processu hoc scribendo elaboraui, testem temporis eius quo inter cognitiones fori tui versãbar, apud te relinquens. Nec me ab incepto studio turbulentæ istæ humanarum rerum confusiones auertere poterant, quibus iurisdictionem Ecclesiasticam in his partibus nostris temporum & hominum calamitate inclinatã prophanescere tumultuariè quidã vana spe contendunt; imaginantes vltimum Fori Spiritualis excidiũ imminere, quò facilius religio vera turbaretur, Et vaga prosiliat frenis natura remotis. Cùm enim hæc illorũ auguria totius *Politiæ* externæ interitum portendant, quam rem auersatur animus, atq; adeò meminisse horret, luctuq; refugit: Ideo speramus Dominũ pristino decori, maiestati, & autoritati iudicia Spiritualis fori restituturum, præsertim cùm te secundum Regẽ, totius Senatus, Optimatũq; Principẽ, morũ sanctitate, & infracta excelsi pectoris virtute, nullis cessura pro fide Catholica & Repub. periculis, præditum habeamus. Quo nomine erigimur in eam fiduciam; vt quales olim Iurisprudentia Romana maiestatis suæ vindices & assertores, Portios, Catones, Tuberones, Sceuolas, Neruas, & Celsos habuit: itidem primario suo vindice MACIEIOVIO ad clauum Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesn. destinato, cæterisq; vigilantissimis totius prouinciæ Antistitibus, maiestas fori Spiritualis Regni huius, pristinam gloriam & dignitatẽ consequetur. Accipe igitur Illustriss. Cardinalis subiectionis meæ tenuem significationem, & qui famam nominis tui æternis factis extendis, VIRTVTISQVE TROPHÆA NOVÆ NON DEGENER ADDIS: fac, vt contactu lampadis excelsæ gloriæ tuæ, quæ maiorum tuorum gestis refloruit, & tuis reuiuiscit, fructus, agelli nostri in publicam quasi vsucapionem prolati illustrentur, & te Duce ac Autore conseruentur. Datum Cracouiæ è Collegio DD. Iurisconsultorum ipsis Kalendis Augusti, Anno D. 1606.

IACO.

IACOBVS IANIDLOVIVS.

Per Anagramma:

DIVA, CVI IVS ALO? BONIS.

Elogium

SIVE PROSPHONEMA IVSTICIÆ

De eius Opere.

Dic, Themi DIVA, *mihi,* CVI IVS ALO? *Vera fatebor:*
Hoc alis ô nostris, mactè Iacobe, BONIS.
Grande operæ pretium! te fac tum hoc, crede, labore,
Præsidium innocuis, supplicium q reis.
Altiùs hinc surges; nostro proueè tus ab ore,
Quàm quibus Herculeâ est clauа præhensa manu.

Andr. Lœæchius Scotus.

PRO-

De ratione instituti Operis,

Ad Admodum R. Dominum,

NICOLAVM DOBROCIESKI,

I. V. D. ET PROFESSOREM, CRACOVIEN: ET Sandomirien: Canonicum, Tribunalis Regni Deputatum Iudicem, Fautorem obseruandiss^m.

IACOBVS IANIDLOVIVS I. V. D. ET PROFESSOR

POSTEAQVAM collatis mihi Romæ, in Iure Vtroque Doctoratus honoribus, florentissimæ Vniuersitati Cracouien. communi omnium voluntate, cooptatus: & in augustissimum numerum Professorum Iuris, publico ingenii certamine edito, receptus essem, Admodum R. D. sanè quàm, pro eo ac debui, (dicendum enim quod res est) cogitare cœpi, quomodo voluntati tuæ, qua me ad scribendum Processum Iuris, pro vsu eorum, qui forum Prouinciæ Gnesnen. sectantur, excitabas, obtemperarem. Cùm enim magnis semper in Iure dicendo perfunctus muneribus, nostræ ætatis causarum Aduocatos à regula certa Ordinis Iudiciarii deuiare animaduerteres, & quod abusu dicendarum vel potius ducendarum causarum fit, mortalium hominum immortales lites facere, eaque re peruersitatem, malitiam, ac licentiam litigiosorum crescere videres, Canone huius artis opus esse aiebas, quo gliscenti malitiæ contrairetur, exundanti licentiæ, quasi obex opponeretur, & effundenti sese improbitati imponeretur frænum. Atque tu iam MAGNI *olim illius* CARDINALIS RADIVILI *natura prudentissimus* CANCELLARIVS, *& experientia consummatissimus I.C. existens, laxiores*

)( )(

laxiores litigantium quas sternebant habenas, ad iustitiam ipsam componere cœperas: & qua ratione ex tot laqueis, quibus litigatores pedes totamque causam inuoluebant, se explicare possent, fælici tuo ingenio, quo multa cæteris non ferenda, tibi tamen facilu cælesti dono facilima, aggressus superásti, demonstrâras. Atque vtinam aliquid hoc in genere à te viro tanto, qui in hoc Iustitiæ domicilio, Iurisperitorumque cœtu, non singulos modò, sed vniuersos simul, memoria, ordine, prudentia, iudicio, doctrina, vsu, superas, monumentis literarum sempiternæ memoriæ indicibus proditum esset: fieret enim omnib. in foro versantibus, via artis huius exploratior, & non solùm ætatis huius, sed posterioris quoque tyronibus valde vtilis & necessaria. Sed gratiorum negotiorum cura & piis Ecclesiæ laboribus impeditus, quibus sanctè ac religiosè vacabas, in reformanda amplissimâ DIOECESI CRACOVIEN. MAGNO tuo inprimis CARDINALI ab omni negligentia, squalore, opera tua eam vindicante, Iuraque Visitationis, à multis annis intermissa, te duce recuperâte, eademque nunc Ill^mo. Principe BERNARDO MACIEIOWSKI, CARDINALI AMPLISSIMO, PATRONO MEO CLEMENTISS. pari sollicitudine & cura pastorali, te adiutore, ad debitum ordinem & iustam executionis normam redigente, iunioribus nobis, qui consilio tuo huiusce artis Professionem amplexi sumus, id muneris impositum esse voluisti: vt quam commodiorem & leuem iudiciorum viam, vestigiis Iudicum nostrorum calcatam esse cernemus, eam amatoribus huius studii, & patronis causarum, exemplo Samotulini olim nostri traderemus. In qua equidem re, quidnam ego præstare possem, publica Repetitione c. quoniam contra. ext. de probat. primò experiri volui: vbi dum totam Iudiciorum materiam luculenter explicatam viderem, eaque re Auditoribus nostris magnum commodum ad cognitionem Processus Iudiciarii accedere posse sentirem: præsens institutum eò libentius aggressus sum, quò magis in communem omnium vtilitatem me hoc facere videbã, & ad hoc ipsum primò à Samotulio illo nostro, deinde ex vsu Consistorii Illustriss. Cardinalis Principis mei, cuius inter alios cognitores Causarum Assessor extiti, præstructam viam habebam. Vnum tamen erat, quod ab incepto opere auocârat. Qui enim res ab aliis tractatas aggrediuntur, illi duplici nomine sua commendare solent: vt vel certius aliquid à se allatum iri polliceantur, vel quæ rudius ab aliis explicata sunt, ea verborum & sententiarum luminibus illustrent. Quorum vtroque cùm me carere animaduerterem, præsertim cùm nihil certius Canonum præscriptis & longa Iudiciorum obseruatione, me afferre posse sperarem, nec orationis copiosæ & elegantis ornatu abundarem, quo etiam ad eam rem minimè opus esse iudicabam, ne actum agerem, & in alieno choro (quod adagio fertur) pedem ponerem, ab opere suscepto tantum non destiti. Quod tamen longo tempore intermissum iterum mihi suscipiendum duxi, vt & voluntati tuæ cui maiora debeo satisfacerem, & vt quasi in vna tabella ostenderem, quæ tâm ex Constitutionibus Synodi & Prouincialis & Diœcesanæ, quàm ex consuetudine fori nostri, iureque ipso communi, Patronis causarum & Iudicibus seruanda essent. Non quòd ab aliis id melius præstari posse, si vellent, dubitarem, sed vt tuis iussis parendo, communi vtilitati studiosorum pro mea parte inseruirem. Est enim hoc, vt existimo, hominis studiosi, communis boni ac æqui amantis, consilia sua de iis cum aliis communicare, quæ ad vsum Ciuilis societatis & Iustitiæ cultum sunt profutura: quæ si prosint, ab iis probentur; si obsint, ad improbandum aliqui excitentur: quo fiet, vt ii, qui summa rerum potiuntur, ad reprimendam hominum malitiam, ad lites, discordias conciliandas, hoc Processu iudiciario, si quæ recta in eo reperientur, impellantur: si verò quæ legi contraria, vetanda, fugienda, eadem per ipsos repellantur. Quod tamen, ne temerè

ab aliquibus fieret, communibus eorum sententiis, qui in iudicijs vsuque eorum frequentiores sunt, adiutus, Processum hunc conscripsi, nullamque cautionem, formulam, praxim protuli, quam Decretis Canonum ac Legum approbari non viderem: imò communem stylum fori nostri secutus, modum formandarum citationum, libellorum, exceptionum, articulorum, positionum, sententiarum exposui, quali vtitur probata Iudicum nostrorum ætas, & quali omnes ii vti debent, qui natura quotidie properant nouas edere formas, noua de nouo se procreare credentes, cùm tamen nullus scribendi locus in quouis scientiarum genere nostris à maioribus prætermissus sit, nec quicquam intactum ad hoc vsque æuum perseueret. Primitias ergò huius laboris nostri, cùm iure quodam peculiari vendicet sibi splendor Illmi. Cardinalis mei, illarum fascias ideò ad te mitto, vt tua quoque grauissima censura, quam ex opulentissimo Iurisprudentiæ sacrario te expromere conuenit, suffulta & approbata coram Principe appareant. Vale.

PRO-

PROCESSVS
Iudiciarii ordinis.
Ad praxim Fori Spiritualis Regni Poloniæ conscriptus.

PROLOQVIVM
De Ordine et Modo Agendi.

FORENSIS disceptationis Processum ad mores iudiciorum Ecclesiasticorum, & Fori Spiritualis Regni Poloniæ, ac eius actionem descripturus; ad rem pertinere arbitror prius, de Ordine & Modo agendi proponere. Cùm enim ordo sit modus agendi, dans rei intellectum, sine quo nihil rectè agitur, legittimum initium telæ iudiciariæ exercendæ, inde sumendum erat; vnde & præsentis instituti inceptum ad fœlicem optatumque finem deduceretur, & legentium animi erudirentur; quid hinc petere & à nobis expectare debeant. In amplissimo itaq; huius artis armario perlustrando, hæc lucerna & congruens passuum moderatio nobis opportuna esse videtur, si initio operis ea tradantur, in quibus veluti primam infantiam amatores huius studii deponere, pòst verò, rem ipsam exactissima interpretatione cognoscere possint. Qua leui via, vt sine magno labore, sine vlla diffidentia maturiùs ad cognitionem Processus Iuris vnumquemq; perducamus: ideò in primis de Iudiciis in genere, ac eorum diuisionibus & circumstantiis, agemus. Deinde, Processum Iudiciarium tribus principalioribus membris, Partes Libelli.

quæ communiter Præparatoria, Instructoria, & Decisoria appellantur, distinguemus. Ad extremum singula principia, quibus Processus constat, explicabimus; simulq; figuram Iudicii per singulos actus, & partes, tam in prima Instantia coram Ordinario iudice, quàm in reliquis aliis, quæ causa trium conformium coram diuersis iudicum subselliis, beneficio appellationis agitantur, formabimus, exemplari doctrina eandem illustrantes. Ex cuius quotidiano vsu illud in summa apparebit, quod nos demonstrare intendimus. Qualiter videlicet iudicium firmetur in Iurisdictione: Formetur in Contradictione: Subsistat in Probatione: Quiescat in Conclusione: Sopiatur in Sententiæ prolatione, eiusq; effectuali executione.

De Iudiciis in genere Caput I.

NOmen iudicii, à cuius appellatione & definitione nostra institutio proficisci debbet, [a] varias acceptiones habet: & quindecim huius verbi in iurre significationes recẽsentur, [b] quæ his versibus possunt comprehendi:

Actio, Lis, Author, Forus, Arbiter, vltima velle.
Quæstio, Discret. Sen. Instant. Discussio, Posse.
Pernicies, Pœnæ, Processus iudicialis.

In præsenti sumitur pro humano iudicio contẽtioso, [c] quod homo inter homines contendentes exercet, & appellatum est à Iurisdictione, [d] quasi ius dictum: qui enim iudicio præpositus est, ius dicere debet, quod & antiqui per inquisitionem faciebant, ob eamq; rem Iudices, Quęstores vel Quęsitores vocabantur, [e] iudicium verò Inquisitio antè dicebatur. Inuentum autem esse, de iure Ciuili, legibus proditum est: [f] quod verum esse puto, quò ad ordinem iudiciarium, quò verò ad inchoationem, iudicium iure naturali primæuo cœptum est. Lege enim Diuina inter Deum & Adam per modum litigandi, qui

[a] *Arg. l. 1. ff. de iust. & iu.*
[b] *gl. in § præterea Inst. quib. non est perm. fac. test.*
[c] *Din. & dd. c. in indic. de reg. iu: in 6.*
[d] *Vigl. d. § præterea.*
[e] *c. forus ext. de verb: sign.*
[f] *l. 2. ff. de orig: iu. § deinde dd. in rub. de iud: vbi Ripa: n. 33.*

qui vulgò placitandi dicitur, inchoatum est. [g] Postea autem per Ius Ciuile [h] ac Canonicum [i] ampliatum, & magis ordinatum extitit. Ne quis enim propria authoritate Ius sibi dicere [k] vel vltionem sumere vellet, legibus prohibetur; & ex hoc patet iudiciorum vsum, ob bonum pacis & vtilitatis communis causa, proditum esse. Hinc si iudicia instituta, & eorum magistratus non essent, nemo securus viueret domi, essentq; leges sine iudiciis & magistratu, tanquam nauis sine rectore, & sine duce ipsa Phalanx, ac veluti si Coriphæũ ex choro auferre velis. Definitur autem multis modis iudicium, sed communiter à nostris hæc deffinitio recipitur. [l] Iudicium est actus legitimus trium personarum in iudicio contendentium, Actoris, videlicet, Iudicis, & Rei. Et licet aliquando sine reo fiat iudicium, veluti cùm inquirit iudex contra personam incertam super crimine notorio, ad inueniendum malefactorem, [m] & aliquando etiam sine Actore, veluti, cùm per viam inquisitionis proceditur, [n] & sæpe etiam partibus non contendentibus Sententia fertur: [o] iudiciumq; verum, his casibus nihilominus fit, quod videtur pugnare cum supradicta definitione: attamẽ rectè hæc defendi potest, cùm sit facta a communiter accidentibus, quod est familiare iuribus nostris: [p] istæ siquidem tres personæ communiter dicuntur in iudicio interuenire, Actor videlicet, Iudex, & Reus. De incerta verò persona quod affertur, sciendum est, quòd ex destinatione certa, per rerum naturam incerta persona fit certa: quia venit certificanda ex aliquo futuro euentu, quæ res exemplo missilium declaratur: [q] cùm enim Reges missilia iactant in vulgus liberalitatis gratia: hoc casu donatarius incertus est. Donatio tamen certa, ob destinationem donantis & ob donationem Donatarii ex euentu futuro: quod & in Legatis incertis iura procedere dicunt. [r] Ad inquisitionem verò respondemus, in hoc iudicio

[g] *Gen c. 3. & c. serpens de pœn. dis: 1.*
[h] *d. l. 2.*
[i] *in proœm. Decret.*
[k] *C. ne quis in sua cau. & l. nullus C. de iudæ.*
[l] *Gofr. in Rub. eo c. 16. Ripa*
[m] *c. qualiter de Accus*
[n] *d. c. qualiter.*
[o] *c. dudum. 2. de Ele. Bar. l. 1. C. de lit. con.*
[p] *l. nam ad ea. ff. de leg.*
[q] *§ hoc amplius. Ins. de Rer. diu*
[r] *§ sub certa. & § incertis. Inst. de Leg.*

Famam Actoris vicem sustinere: [s] & quod puto in his iudiciis Fiscalis Curiæ seu Instigator Officii Actoris vice fungitur: qui de consuetudine Consistorii Cracouien: interuenit verè, vel ficte, vel representatiuè saltem. Illud autem quod de partibus non contendentibus affertur: dicimus, reo statim confitente, nullum quidem iudicium suscipi, sed confesso præceptum de soluendo iniungi: [t] ex quibus omnibus hæc definitio sustineri potest.

[s] d. c. qualiter.

[t] l. si præcepto ff. de iudi.

De Diuisione iudicii multiplici. C. II.

Iudicium quod includit in se personas & causas, [a] varias species ratione diuersorum habet: [b] primaque eius diuisio sumi consueuit a fine, respectu cuius est triplex, [c] Ciuile, Criminale, Mixtum.

Ciuile est, quod ad priuattum commodū partis spectat, [d] veluti quando de Feudo, de mutuo, agitur: vel quando ex obligatione, contractu, vel quasi contractu causa instituitur.

Criminale est, quando adl publicam tendit vindictam & vtilitatem: [e] v. g. quando pro crimine aliquis venit corporaliter puniendus ad publicam vindictam, vel si agatur ad pœnam pecuniariā fisco applicandam: [f] vel si ad pœnam depositionis, seu degradationis procedatur, quæ pœna de iure canonico dicitur esse subrogata in locum pœnæ mortis. [g]

Mixtum est, quando de natura vtriusque participat, [h] vt si agam ne quid fiat in loco sacro vel sancto, vel si factum est tollatur: idem fit, si aliquis in ius vocaretur, qui relicta sacrosanctis ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis, legati vel fidei commissi nomine dare distulerit, [i] vel si actio legis Aquiliæ de damno iniuria dato, contra inficiantem orta fuerit: quo casu & rem persequimur & pœnam. Quidam etiam putant mixtum tunc dici, quando pœna partim defertur fisco, [k] partim agenti

[a] Bald. in rub: de iudi. n. 1.

[b] Abb. in rub: eo.

[c] vt Abb. d. loco. Mar. p. 4. Spec.

[d] c. cæterum. c. dilecti. c. causam eo. tt. vbi gl. & l. prætor. ff. de sepu: viol.

[e] c. cum nonnab homine. ext. eo.

[f] l. publicorum ff. de publ. iud.

[g] Fel. c. qualiter. il. 2. § ad corrigendos de Accu: Diaz. in pr. crim. c. 137. ver. depo-ni. n. 2.

[h] gl. § Sequens. Inst. de Act. ver. mistæ.

[i] § ex maleficiis. Ins. eo. vt sup.

[k] Ant. But. in c. suæ. ext. de Procur.

agenti ad rem familiarem; seu ad interesse, quod fit per æstimationem hoc modo. Mallem tantam pecuniam perdere de bonis propriis, quam pati talem iniuriam [l]: &c.

Alia diuisio iudicii est a mataria, [m] ratione cuius est triplex, Spirituale, Temporale, Mixtum.

Spirituale est, quando de re spirituali vel ecclesiastica agitur, vt pote [n] si de fide Catholica, hæresi, schismate, blasphemia, apostasia, beneficiis, prouisionibus, electionibus, postulationibus, dignitatibus personatib. Officiis, præbendis, decimis, vsuris, maleficiis, incantationibus, sortilegiis, raptu virginum, violatione ecclesiarum, legittimitate natalium, matrimoniis, & de aliis similibus, quæ periculum animæ spectant, ageretur; quibus census terrenni perpetui, & conditionales vulgo Widerkofy appellati, & dotes plebanales, Poświętné nominatæ, annumerantur.

Temporale est, quando de re temporali seu de re prophana agitur: quales sunt omnes causæ remotæ a phano seu ecclesia, [o] vt quando de equo, pecunia, & de re simili agitur, cuius est laicus capax.

Mixtum est, quod de vtroque extremorum participat, nec præcise est de altero, vt pote [p] si de iurepatronatus, pensione ecclesiastic, ade dote post diuortium restituenda, de testamentis ageretur.

Respectu quoque formæ iudicium est triplex, [q] Ordinariū, Extraordinarium, & Mixtum.

Ordinarium est, in quo ordine plenè seruato procedimus: [r] hinc si de Proprietate ecclesia egerit, missione in possessionem, permutatione, transactione, præscriptione, ordinario iudicio procedendum erit. [s]

Extraordinarium, quod aliâs Summarium dicitur, est in quo simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicii ac

[l] l. iniuriarum. vbi Bart. ff. de iniu.

[m] Vestr. lib. 3. c. 2.

[n] vt lib. 2. const. syn. de fo. comp. Const. causæ ad forum.

[o] c. Venerabilis ext. de iud.

[p] d. lib. 2. Con. Syn.

[q] Vest. d. loco.

[r] c. Examinata ext. de iudi.

[s] clem. dispendiosam. ib. gl. ver. beneficii. de iudi.

summariè proceditur, & hoc aliquando nobis de iure indulgetur in causis beneficialibus, matrimonialibus, decimarum, vsurarum: [t] aliquando verò ex rescripto Principis præscribitur: per illa verba, *Summariè & de plano causam discutias*: &c. quæ clausula expresse poni debet, & vocatur Signaturæ extensio. [u]

Mixtũ est quãdo per viam inquisitionis proceditur: [x] quãuis enim inquisitio sit iuris ordinarii respectu introductionis: in quantum tamen sine accusatione per eam inquiritur, est iuris extraordinarii: cuius etiam ea est natura, vt non tanta pœna in delinquentem inquisitum irrogetur de iure, quanta decerneretur, si ordinariè ageretur. [y]

REPERITVR etiam ab efficiente causa triplex iudicium, Ordinarium, Delegatum, & Subdelegatum.

Ordinarium est, quod ventilatur coram iudice ordinario. [z]

Delegatum est, quod agitatur coram iudice delegato. [a]

Subdelegatum est, quod suscipitur coram subdelegato delegati Principis. [b]

Sunt & alię species iudiciorum, & respectu quantitatis quadruplicia dicuntur, [c] vniuersala, generalia, communia, specialia seu particularia.

Vniuersale iudicium est, quando petimus ius vniuersum nobis adiudicari ratione dominii ad nos spectantis: [d] talis est reiuẽdicatio, hæreditatis petitio, bonorũ possessio, à quo genere non multum distat beneficii Ecclesiastici petitio, & ipsum ius beneficiale: [e] Sicut enim in vniuersali iudicio quis petit se declarari hęredem, vel bonorum Possessorẽ: & hęreditate adiudicata, res omnes & corpora in sequelam veniunt: simili modo in beneficiali iure fit, quando aliquis petit se rectorem declarari, & ius beneficii adiudicari, cui postremò accedunt corpora: pro quibus etiam experimur petitorio vel possessorio iudicio. Est autem PETITORIŨ, quando de Dominio rei

[t] *d. clem. dispendiosam.*

[u] *Vesi: lib. 3. c. 6. n. 2.*

[x] *d. c. qualiter.*

[y] *Abb. & dd. d. c. qualiter.*

[z] *vt ext. de off: ord.*

[a] *ext. de off. deleg.*

[b] *l. a iudice. C. de ind. c. pastoralis c. veneram de off. deleg.*

[c] *gl. 2. de lib obl.*

[d] *l. 1. ff. de rei vendi.*

[e] *Innoc. c. conquerente, de off. ordin.*

rei alicuius agitur. POSSESSORIŨ quãdo vel de adipiscẽda possessione, vel de retinenda, vel de recuperãda iudiciũ suscipitur.

Generale est, cùm generaliter quid petimus quod plura sub secapitula continet, [f] veluti est iudicium Tutelæ, [g] pro socio, negociorum gestorum: [h] quæ actiones continent in se administrationem multarum rerum, veluti vini, olei, salis, & c.

Commune est, quod competit inter eos, qui aliquas res pro indiuiso possident, & eas communes habent; vt per officium iudicis diuidantur, [i] veluti est actio familiæ herciscundæ, finium regundorum, communi diuidundo.

Particulare est, quo rem singularem nobis debitam petimus, [k] vt si petam vestẽ, fundum, centum ex mutuo vel alio debito.

Ratione qualitatis dicitur esse duplex iudicium: Ecclesiasticum, & Seculare. [l]

Ecclesiasticum est, quod corã Ecclesiastico iudice vẽtilatur.

Seculare, quod coram seculari instituitur: & hæc diuisio differt ab illa, quæ iudicium diuidit in temporale & spirituale: illa enim distinguit iudicium re prophana à Spirituali: hæc verò differre iudicium docet curia seculari ab Ecclesiastica: hinc temporale iudicium in vtraq; curia agitari potest: Spirituale in ipsa tantum Ecclesiastica curia.

Potest & respectu litigantium duplex esse iudicium, Conuentionale, & Reconuentionale.

Conuentionale est, in quo actor reum conuenit.

Reconuentionale est, in quo reus actorem mutua petitione petit, [m] de quo plenius infra. [n]

[f] *dd. in § curare. Ins. de Act.*

[g] *l. 2. C. de iudi.*

[h] *d. gl. c. 2. de lib. ob.*

[i] *§ quædam. Inst. de Act. l. in tribus. ff. de iudi.*

[k] *l. 1. ff. de eden. vbi Bart. & Abb. c. 2. de lib. ob.*

[l] *Mar. p. 4. in Spec. ver. secula*

[m] *c. pastoralis. ext. de can. pos. & propr.*

[n] *p. de mut. pet.*

De Circumstantiis Iudiciorum C. III.

Sex sunt potissimùm quæ iudicium circumstant, [a] Iurisdictio, Persona, Locus, Causa, Figura iudicii, de quibus omnibus sigillatim est dicendum.

[a] *Vestr. lib. 3. c. 3. in pr. in sua pr.*

Iurisdi-

Iurisdictio, prout Azo definit [b] est potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi, vel æquitatis statuendæ. vel est, qua præses alicuius reipub. potest dicere ius statuendo, sententiando, vel cum obligatione subditorum, ad habendum id quod dicitur pro iusto. [c] Hæc secundum omnes dicitur a iuredicundo: iudex enim qui iurisdictioni præest, ius dicere debet, & proinde illi conceduntur ea, sine quibus iurisdictio explicari nequit. [d]

Variæ autem sunt species iurisdictionis. quædã est ORDINARIA, quæ alicui proprio iure seu lege, vel a principe, vel a consuetudine, vel ab vniuersitate approbata [e] conceditur: quædam DELEgata, quæ ex superioris delegatione vel ipsius delegantis recipitur: [f] quædam CONVENtionalis, quæ ex cõmuni partium consensu tribuitur; vt in arbitris arbitratoribus, compromissariis, per partes assumptis patet. [g] quædam VOlũtaria, quæ omni tempore & loco exerceri potest, etiam vna parte volẽte, altera verò recusante; [h] vt in adoptione, emancipatione, manumissione fit. Seruus enim inuitus manumitti potest [i] quouis tempore & loco. quædã est CONtentiosa, quæ a iudice pro tribunali diebus non feriatis de die non de nocte sedente, [k] exercetur: & pro hac Episcopi in suis diecœsibus consistoria erigunt, Viccarios, Officiales generales, & foraneos, prout amplitudo diecœsis, liteſque hominum requirunt, constituendo; iurisdictionem, in qua firmatur iudicium, per eos exercẽdo. Sed quia iudicium maxime ex Personis & Causis constat, ideo de his videamus.

b *Azo in sum. de iur. om. iud.*

c *Silu. in sum. ver. iurisdict. n. 1.*

d *l. 2. ff. de iur. om. iud.*

e *l. vlt. C. de iur. om. iud.*

f *l. 1. ff. de off. eius.*

g *v t ff. de arb. & ext. eo.*

h *l. emancipare ff. de Adop.*

i *gl in § serui Inst. de libert.*

k *c. Spacium. 3. q. 3. & c. consuetuit. ext. de off. deleg.*

De Personis in Iudicio interuenientibus
Caput IIII.

DVplex persona iudiciis celebrandis interuenit. [a] NECEssaria, & VTIlis.

a *Vest. d. loco, vt sup.*

NECES-

NECESSARIA est, sine qua iudicium consistere nequit, talis est *Iudex, Actor, & Reus.*

IVDEX est persona ius dicens, & inter partes discernẽs reddens vnicuique quod suum est. Dictus est iudex a Iustitia. [b] & idem est dicere, *Ad Iudicem ire*, & *Ad iustitiam ire*, quod etiam hodie Itali vsurpant, Iudicem Iustitiam appellando: quia iudex vult perhiberi viua iustitia, alioqui non est iudex, si non est in eo iustitia.

b *Aristot 5. Ethi.*

Porro qui iustitiæ est antistes, oportet, *Vt sit vir grauis, sanctus, seuerus, incorruptus, inadulabilis, contra improbos & innocentes immisericors, erectusque & arduus, potens vi & maiestate, veritate & æquitate terrificus:* quibus verbis imago iustitiæ a Chrisippo [c] describitur. CALLIstratus quoque recti iudicis personam describens sic ait. [d] *Iudicis est neque excandescere aduersus eos quos malos putat, neque precibus calamitosorum illachrimari: inconstantis siquidem iudicis, nec recti id est, cuius animi motum vultus detegit: & in summa ita ius reddi debet, vt authoritatem dignitatis ingenio suo augeat.*

c *Aul Gell. l. 14. noct. Att c. 4.*

d *l. obseruandum ff. de off. presi.*

Ad extremum qui iudicis personam digne sustinere vult, his conditionibus præditus sit oportet.

1. Vt remota personarum acceptione, nullo odio, [e] nulla offensione, vel leuitate in pronunciatione ducatur.

e *c. quatuor. 11. q. 3.*

2. Vt nullo timore, nullouè premio, nullo amore vincatur.

3. Vt nihil ex suo arbitrio & proposito domesticæ voluntatis faciat: sed iuxta leges, & iura partium, & causarum merita, decernat: [f] magisque cordi habeat veritatis custodiam, quam propriæ voluntatis obediẽtiam. *Ante vero omnia facilem se in adeundo præbeat, sed tamẽ contemni se non patiatur: vnde in mandatis adiicitur, ne Præsides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant, nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.* Qua iudicis descriptione

f *Ita Fel. in c. pastoralis § quoniam ext. de off. de leg. Did. Couar. var. resol. primo lib. 11. 6. Silu. in sum. ver. index. D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 2. & ib. Cai. & Inst. de offic. iud. § 1.*

scriptione præmissa, Species iudicum recensendæ unt. Alii enim sunt iudices Ordinarii, alii Delegati.

ORDINARIVS iudex est, qui a Canone vel lege[g] veluti *Papa*, *Imperator*, *Rex*, *Princeps* constituitur: vel a Principe,[h] veluti *Legatus de Latere* a Papa, *Vicarius* in Spiritualibus *Officialis* ab Episcopo, vel a Collegio,[i] veluti *Archiepiscopus*, *Episcopus* a Canonicis electus, & a Papa confirmatus: *Rector* ab Vniuersitate electus & cõfirmatus. vel a consuetudine,[k] veluti quando *Plebanus* seu Parochus in Parochianos suos iurisdictionem exercet. Sed dum de ordinaria iurisdictione Prælatorum Ecclesiasticorum agimus, obiter sciẽdum est, quòd Archiepiscopus sit ordinarius iudex suorum Suffraganeorum & Clericorum propriæ diecœsis: non autem subditorum Suffraganei sui. Episcopus verò est ordinarius iudex Abbatum, Archidiaconorum, & omnium Clericorum Diecœsis suæ: adeò vt etiam in iurisdictionis exercitio cum quolibet inferiore concurrat; & locum habet prẽuentiio.

ABBATES quoque *Præpositi*, *Priores*, *Guardiani*, & alii Prælati Religiosi, sunt Ordinarii iudices suorum Monachorũ,[l] & possunt eos in causis ciuilibus iudicare, & in criminalibus leuioribus: in grauioribus verò, in quibus depositio & Degradatio requiritur, ad Episcopum recursus fit, qui in talibus causis est eorum Ordinarius.[m] In ciuilibus quoque Episcopus potest esse ordinarius iudex Monachi delinquentis; quoties superior eius monitus negligit in eum animaduertere: & quoties extra claustrũ delinquit, vt hodie Conciliũ Tridentinum disponit.[n]

DELEGATVS iudex est, cui a Principe, vel Ordinario, vel a Principis Delegato causa cõmittitur vices gerens delegãtis, propriũ verò in Iurisdictione nihil habẽs,[o] de quo infra de Processu coram Delegato. Tales Delegati iudices sunt, *Commissarij Apostolici*, *Cõseruatores*, *Exequutores*, &cæteri, quorum

g *c. cuncta. c. per principal. 9. q. 3.*

h *c. legatos de off. leg. in 6.*

i *c. cum ab ecclesiarum de off. ord. vbi Abb.*

k *d. c. cum ab ecclesiarum.*

l *arg. c. fin. ext. de Regularib. & c. fin. ext. de stat. Mona.*

m *vt in c. 4. Sess 13. de Reform.*

n *vt in Conc. Trident. Sess. 25. c. 13. de regul. & monial.*

o *vt per tot. ext. de off. deleg. & in ff. de offic. eius. l. 1. et Specul. eo. tt.*

rum omniũ officium est formam mãdati cõmittentis diligẽter obseruare;[p] impedientes verò suam Iurisdictionem exercere,[q] excommunicationes, mulctas, pœnas & alia indicere.

SED IAM de Actore & Reo dispiciamus. ACTOR est, qui causam agit cõtra aliquẽ petẽs in iudicio nomine suo aliquid.[r]

REVS est, qui in iudicio conuenitur: & dictus est non a Reatu, sed a Re, de qua contra eum agitur.[s] Hactenus de Necessariis personis.

NVNC IAM ad vtiles personas in iudicio interuenientes transeundum est.

Vtilis dicitur persona, sine qua potest esse iudicium: sed quãdo interuenit, tunc faciliorem exitum iudicia habent.

Tàm autem ex parte iudicis possunt interuenire personę vtiles, quàm ex parte Litigatorum.

EX PARTE Iudicis hodie de Constitutionibus Sinodalib. Prouincię Gnesnẽ.[t] interueniunt apud Episcopos, *Cancellarii*, *Assessores*, *Causarum Auditores*, qui aliquando assident Episcopo iudicanti de causis: aliquando verò iudicandi potestatẽ indultam sibi habent, & sunt ad nutum Episcopi amouibiles, & propterea inter iudices a nobis non computantur, quod & de Tabellionibus seu Notariis causarum intelligitur: qui ideo[v] inter iudices non reponuntur; quia nudi ministri sunt, in iudicio facientes ea quæ iudex iubet.

EX PARTE Litigantium personæ vtiles istæ interueniunt. *Aduocatus*,[u] *Procurator*,[x] *Cõiuncta persona*,[y] veluti sunt Cõsanguinei, Affines, Liberi, Liberti, *Testes*, *Defensor*, *Excusator*, *Sindicus*,[z] *Oeconomus*,[a] *Tutor*,[b] *Curator*. qui omnes ex vsu & communi Praxi Consistoriorũ nunc admittuntur, nunc repelluntur, præsertim verò si careant *Mandato hominis*: qui tamen recipi possunt, si faciant *Cautionem* de rato.[c]

Sed tùm hoc indifferenter fiat apud nos tàm in Prophanis

p *c. cum dilecta. ext. de rescrip. l. diligenter. ff. Mandat i*

q *c. pastoralis. sup eo. & c. 1. c. ex literis. ibid.*

r *l. inter litigantes ff. de Iudic.*

s *c. forut ext. de ver. signif.*

t *vt lib. 1. Cons. Synod. de off. ord.*

v *C. de Aduoc. diu. iud. per tot.*

x *l. 1. ff. de Procu.*

y *l. sed hæ personæ. ff. eo.*

z *l. 1. ff. quod cu. vniu.*

a *c. quia in quib. 89. dis.*

b *vt Inst. de aut. tus.*

c *d. l. sed hæ personæ. & c. non nulli. c. ex parte. ext. de rescrip.*

quàm Eccleſiaſticis cauſis: optimum eſſet, *Cautionem de rato* in Prophanis tantummodo admittere: & ratio dari poteſt.

In beneficialibus enim, iuxta obſeruationem *Curiæ Romanæ*, [d] non admittitur Procurator ſine Mandato, nec Coniuncta perſona, etiã de rato cauẽs, vt ex deciſionibus Rotę patet. [e]

Et quia in iure *Procuraor, Actor, Syndicus, OEconomus, Defenſor*, vnus pro alio accipitur, [f] ideò differentiam inter hos afferre vtile eſt.

PROCVrator igitur eſt, qui aliena negotia Mandato domini gratuito gerit. [g]

SYNDIcus *eſt*, qui vniuerſitatem cauſarum defendit *Cleri vel Collegii*. [h] pro vniuerſitate agens, non pro ſingulis.

OECONO*mus eſt*, cui res Eccleſiaſtica gubernanda mandatur: [i] talis *Oeconomus in Eccleſia Metropolitana Gneſnen. Iuxta Bullam Leonis* [k] conſtitutus reperitur, de qua in Conſtit. Synodal. Prouincialib.

ACTOR dicitur, qui ab vniuerſitate [l] aliqua ad vnam cauſam conſtituitur, vel qui alienarum rerum adminiſtrationem habet, tales ſunt *Syndici, & Orphanotrophi, Brephotrophi*, qui curam *Orphanotrophii* BREphotrophiiq; habent, & Magiſtratus nomine [m] municipii: Prædictis omnibus ſimiles ſunt *Apocriſarii*, qui *Reſponſales* dicebantur, & ſunt velut *locum tenentes Epiſcoporum:* ideo inuenti, vt res Eccleſiæ gubernarent, negocia ſingulorum audirent, [n] referentq; ad Epiſcopos.

DEFENSOR eſt, qui ablq; Mandato ſe alicuius defenſioni offert, quod vnicuiq; permittitur, modò ſatiſdet iudicatum ſolui. [o] Sed vt plenè de natura iudicum diſpiciamus, ideò conſequenter agendum eſt. An omnes homines iudices eſſe poſſint, an aliqui prohibeantur,

De Iis

d *vt Veſtr. all lo.*
e *Rot. dec. 6. de Procur. in nou: al. 142.*
f *c. Saluator. 11. q. 3. Miſing: § procurator. Ins. de his per qu. ag. poſ.*
g *d. l. 1. ff. de Proc.*
h *d. l. 1. ff. quod cui. vnin. & l. ſi municip. ff. eo.*
i *l. omnes. § hoc nihilominus. C. de Epis. & cl.*
k *vt. in tt. de Elec. fol: 11.*
l *Inſt. de Curat. § fin. ver. actor. & l. 1. & 2. ff. quod cui. vni.*
m *l. 2. §11: C. de iur. prop. cal. præs.*
n *vt in Aut. quom. oport. epis. § Si vero Metropolitanus. & § præterea.*
o *§ ſi vero. Inſt. de Satisdat.*

De Iis qui iudicare, agere, & accuſare nequeunt. Caput V.

TRia ſunt quæ aliquem impediunt eſſe iudicem. [a] NATVRA, LEX, & MORES.

NATVRA impeditur eſſe iudex veluti *Surdus, & Mutus*, [b] iudices enim, & audire & loqui debent. [c] Quod vtique de eo *Surdo & Muto* intelligitur, qui omninò non exaudit, [d] & qui loqui non poteſt. Secus eſt de *Surdaſtro*, & qui tardè loquitur. COECVS quoq; non permittitur eſſe iudex, niſi cœpto Magiſtratu cœcus factus ſit. [e] Exemplum huius rei eſt in APPIO CLAVDIO, qui de *Pyrrhi captiuis non recipiendis* ſententiam dixit, cœcus effectus.

PRODIGVS etiam, FVRIOſus, IMpubes, iudex eſſe prohibetur: [f] ideò quia iudicio carent.

Sed & LEGE impediuntur illi eſſe iudices, qui SENatu AMoti ſunt. Similiter qui per ſententiam iudicis infames efficiuntur, quales ſunt EXCOMMVNICATI, [g] publica excõmunicatione: abſurdum ſiquidem eſt, vt cui non licet etiam cum minimis iuxta ſacras regulas communicare, liceat etiam ei, de ſuis penè maioribus iudicare. Idem dic de INFAMIBVS & turpitudine notatis, [h] quales ſunt BANNITI, HÆRETICI PVBLICATI, VSVRArii, SIMONIAci. &c.

MORIBVS QVOq; & SExu prohibẽtur eſſe iudices. Hinc receptum eſt, vt SERuus ciuilibus non fungatur officiis, [i] cùm de iure ciuili Seruus nihil ſit. [k] Et quamùis inter Chriſtianos hodie Seruitus ſublata ſit, [l] tamen illi qui ſeruis æquiparantur, non poſſunt eſſe iudices. HINC MONAchus in quo eſt ſeruitutis [m] imago, cùm velle ſuum dependeat ex arbitrio ſui ſuperioris, iudex eſſe nequit; & cùm mortuus ſit ciuiliter, à caula-

a *c. 1. ver. infamis. 3. q. 7. l. cum prætor ff. de iud. § non autem*
b *d. l. cum prætor § non omnes.*
c *l. iudices. C. eo.*
d *§ item ſurdus Inſt. quib. non eſt perm. fa. teſta.*
e *l. quamuis ff. de Poſtulan.*
f *l. qui furere. ff. de teſta. hom. Abb. in c. cum viceſimum ext. de off. deleg. n. 3.*
g *c. ad probandum. ext. de ſent. & re iud. c. 1. de off. vic. in 6. c. miramur. 24. q. 1*
h *l. cum prætor § non autem. ff. de Iud. c. 1. 3. q. 7*
i *d. l. cum prætor*
k *l. quoad ius ciuile. ff. de reg. iu.*
l *Miſing. § ſerui. Inſt. de iure perſon. Ang. § item Serui. ex. Ins. de verdiu.*
m *in Autẽ de Monach. § cogit. Bart. l. cum fun-*

Can. mixti Reg. dus § seruitutem ff. si cer. pet.

rum strepitu remotus esse debet. [n] Quod & in REGVLARI CANOnico procedit, cùm tales personæ non debeant esse implicatæ sæcularibus negociis. Idem dic de PRIORE CLAVSTrali. [o] Verùm si in dignitate constituti sunt MONAchi, vel REGVLARES CANOnici, quales sunt EPIscopi, ABBAtes, PRIOres CONVENtuales, PRÆPOsiti; tunc possunt esse Iudices & Arbitri: quia simplicibus Monachis interdictũ est, ne sint iudices. & si delegaretur causa alicui simplici Monacho, non valeret commissio, etiam à sede Apostolica facta, nisi Monachatus nomen expressum sit. [p] Simplices verò Monachi arbitratores esse possunt: ex solo Superioris permissu, vtilitate sui Monasterii poscente. [q]

n vt in tt. ne Cle. vel Monach. & c. 2. ext. de Post.

o vt Clem. 2. de Rese.

Dist.

P cum olim l. 2. & ibi. gl. ver. Monach. ext. de Priuil.

q Spec. de Arbit. § vlt. ver. Sed quæro Abb. in. c. quinta vallis. ext. de Iure.

EXPERS LITERarum non potest etiam esse iudex. [r] Maximè verò in Spiritualibus causis tales à iudicio arcentur, & qui iura ignorant. Summum enim vicium est, Iudicem non ex se quid agendum sit scire, sed ex alio discere, quid eum loqui deceat. [f] Et quoties tales constituuntur *iuris ignari*: toties non valet quod agunt, nisi assessores habeant, qui eos instruant in cognoscenda & decidenda causa.

r § illi autem. in Aut. de Iud. col. 6

S.

f l. 1. ff. de off. assessor. & Azo in sum.

QVO AD SEXum pertinet, FOEmina, sexu impeditur esse iudex: ab omnibus siquidem ciuilibus officiis, vel publicis muneribus remota est fœmina, [t] quod *partim ob fragilitatem* & verecundiam sexus, partim ob importunitatem, vt in CALPHVrnia [v] deprehenderant antiqui Romani, factum est: quæ etiam occasionem dedit, ne mulieres pro aliis postulare possent. Si tamen aliter Consuetudo disponat, vt Mulier sit iudex, vel nisi iure hæreditario *in* iurisdictionem succedat, tunc cessant prædicta. [x]

t l. 2. ff. de reg. iu.

v l. 1. ff. de Postul.

Dist.

x Decius & Cagnol. d. l. 2. ff. de reg. iu.

Sed cùm hic sexus nullum locum sibi vendicet in processu nostro: ideò consequenter de his, qui agere vel conueniri possunt agamus.

Et re-

Et regulariter tenendum est, ACCVSATionem & CONVENtionem ESSE EDicti PROHIbitorii. Omnes enim accusare possunt, & conueniri, nisi qui de iure prohibentur.

Et 1. PVPILLVS, FILIVSFamilias in potestate patris existens: Filius emancipatus contra patrem sine venia agere nequit. [y] Apud nos verò de Iure Canonico, *Infamis*, *Periurus*, *Excommunicatus*, *Hæreticus*, *Furiosus*, *Prodigus*, *Monachus*, *Canonicus Regularis*, & omnes ii qui obedientiæ alterius subiecti sunt, accusare nequeunt: [z] nisi cum iussu Abbatis, vel sui superioris. Sicut autem interdictum est Monacho agere, ita etiam idem accusari nequit: sed contra Abbatem vel superiorẽ dirigẽda est actio. [a] quemadmodum etiam contra seruum detinentem rem aliquam, non est intentanda actio, sed contra Dominum. [b] Quod tamen dictum limitatur, quando Monachus Prælatum suum ex causa accusat, [c] vel cùm de licentia Superioris agit pro interesse Monasterii: [d] vel quando Restitutionem petit, ex Monasterio pulsus: [e] vel quando villæ administrationem habet, aut Procurator est alicuius patroni Laici, ex consensu Abbatis.

y l. 1. & l. 2. c. qui leg. per. stan. in iu. hab. & l. pen. C. de in ius voc.

z c. monachi 16. q. 1.

a in Aut. Apud quos oport. can. dic. § 1.

b l. non seruum. C. de rei vendic.

c c. ex parte. ext. de Accusat.

d c. monachi 16. q. 1.

e c. olim. de Accus.

2. PRAELATVS SINE CAPITVLO cõueniri & accusare nequit. [f] hinc Episcopus cum Capitulo, Abbas cum Monasterio, agere vel conueniri debet: Si tamen Episcopus vel Abbas habeat distincta bona quò ad vsum & administrationem, tunc solus agere & conueniri potest. [g]

f c. 1. ext. de Proc.

Dist.

g c. edoceri. in fi. ext. de Rescr.

3. MAGISTRATVS, neque persequendo, neque fugiendo iudicium ingredi possunt. [h] in quo tamen distingue. Aut enim Magistratus delinquunt in officio habentes dignitatem cum administratione, & hi possũt conueniri, tàm durãte, quàm cessante officio: [i] Aut delinquunt extra officium, & tunc vel Maiores sunt, vel Minores. Minores conueniri possunt durante officio. [k] Maiores si perpetui sint, conueniri possunt, ne impunita

h l. pars litera-rum ff. de iudi.

i l. iubemus. C. ad leg. iul. repe. tun.

k l. nec magistratib. ff. de minor.

punita sit eorum iniquitas. [l] Si verò temporales sint regulariter durante officio non conueniuntur. [m] Cautionem tamen præstare debent de stando Iuri depositæ administratione.

[l] c. si clericus 11. q. 1 c. sacro. de sent. exco.
[m] d. l. nec magistratibus.

De Tempore et Loco Iudicij C. VI.

DVplex Tempus in Iudiciis attenditur, Aliud est in Finiendis iudiciis, aliud in Exercendis,

Finis Iudicii seu terminus ex vita Actionum pendet. Regulariter enim de iure Ciuili iudicium finiri debet ad Triennium si Ciuilis est causa de rebus mobilibus. Si Criminalis ad Biennium, [a] nisi contra Clericum sit; tunc enim intra duos Menses instantia criminalis non durat de iure ciuili, [b] Si autem de immobilibus rebus agatur, tunc Decem annis durat inter præsentes. Viginti inter absentes, [c] ad instar personalium actionum, quarum vita protenditur ad ttriginta vel quadraginta annos.

[a] l. properandum C. de iudi. vbi Bart.
[b] in Aut. Vt cler. apud propr. epis. in fi.
[c] gl. in § 1 ver. constitutionibus. Ins. de perp. & temp action.

De Iure verò Canonico peerpetua [d] est hodie instantia, & ideo triennii lapsus à die litis motæ non obstat legittimè impedito Actori. Hæc de fine Iudiciorum quò ad partes.

[d] c. cum venerabilis. ext. de Iudi. vbi Abb.

Quò verò ad Iudicem, Concilio Tridentinum [e] hodie præcipit omnes causas in prima instantia infra Biennium à die litis motæ terminari: alioquin post id spatium liberum est partibus Superiores iudices adire, quii causas litigantium assument, & quam primùm terminabunt.

[e] Sess. 24. c. 20. de Reform.

Quòd si verò partem contigerit appellare, tunc de Iure cõmuni habet Annum ad prosequendam Appellationem & si nienda: ex Causa verò biennium, & non vltra, [f] Quamuis ex Praxi Curiæ Romanę videamus prolõgari tales causas per *Regentem Cancellariæ*, nec desertatio obiici potest, [g] quãdo pars prolongationem obtinet, quod facile impetratur ob multitudinem causarum quæ ibi confluunt. Hæc de vita & fine litiũ.

[f] vt c. 2. de Appellatorio proceßu.
[g] Caßan. dec. 4. de Appell. Pan. Castr. l. 1. ff. Si quis caut.

DE TEMPore exercendorũ iudiciorum communis Praxis & stil-

& Stilus Consistoriorum nostrorum est, quòd statis temporibus iudicia fiant, tempore verò Feriarum sileant, similiter fit &non iuridi cis diebus.

Ad quod cognoscendum obseruandum est, *Iuridicas dies* dici, in quibus ius partibus à iudice dicitur, & talis est dies *Lunæ, Dies Mercurii, Dies Veneris*, qualibet septimana currente: & communiter vocantur, *Dies Iuridicæ, Prima iuris, Secunda iuris, Tertia iuris*: atq; his quidem temporibus ius semper dicitur, nisi iustitium indicatur ob Ferias.

Triplices autẽ sunt Ferię [h] *Solennes, Rusticæ, & Repẽtinæ.*

[h] c. vlt. ext. de feriis.

SOLennes sunt quæ ad cultum Dei, & honorem Sanctorumq; reuerentiam sunt introductæ, quarum obseruationem certam, cùm Praxis Curiæ Romanæ (quam [i] velut Matrem & Caput reliquæ omnes in Obseruationibus eiusmodi sequi debent) descriptam habeat: ideò exemplum earum hîc inserere visum est: tàm causa Apostolicarum Causarum, quæ à sede Apostolica committi consueuerunt: quàm causa Ordinariarum, in quibus licèt non omnia obseruentur festa Palacii præsertim apud nos; attamen in plerisq; à iudicio abstinetur iuxta Consuetudinem Consistoriorum.

[i] c. non decet. 12. dist. & arg. § fin. Ins. de Satisdat.

FESTA PALATII, QVÆ CORAM APOSTOlicis obseruantur, & nonnulla alia quæ ab Ordinariis locorum Prouinciæ Gnesnen: solita sunt obseruari.

Ianuarius habet dies 31.

1 Circumcisionis Domini vsque in crastinũ Epiphanię
17. Antonii Abbatis
18. Cathedra Romana Petri Apostoli.
20. Fabiani & Sebast. M.
21. Agnetis Virg. & Marty.
22. Vincentii.
25. Conuersionis S. Pauli.

Februarius habet Dies 28.

2. Purificationis B. M. V.
3. Blasii Episcopi & Mart,
5. Agatæ Virginis.

C Doro-

WBP Opole

6. Dorotheæ Virg. & Mart. in Ordinariis apud nos. [k]
22. Cathedræ San. Petri Apostoli Antiochiæ.
24. S. Mathiæ Apostoli.

Martius habet Dies 31.

7. S. Thomæ de Aquino.
12. Gregorii Papæ,
19. Iosephi Confessoris.
21. Benedicti Abbatis.
25. Annunciationis B. M. V.

Aprilis habet Dies 30.

12. Iulii Papæ primi.
23. Georgii Martyris.
Apud nos Adalberti Episcopi & Mart. Regni Poloniæ Patroni.
25. Marci Euangelistæ.

Maius habet Dies 31.

1. Philip. & Iac. Apostolorũ,
3. Inuentio Sanctæ Crucis.
4. Floriani Mart. in Ordinariis apud nos.
6. Ioan. ante portam Latinã.
8. Apparitionis S. Angeli.
Apud nos Staniſlai Episcopi, Martyris & Patroni Regni in Ordinariis.
19. S. Iuonis aduocati Paup.

Iunius habet Dies 30.

11. Barnabæ.
24. Natiuitatis S. Ioan Bapt.
29. SS. Petri & Pauli Apostolorum.
30. Commemoratio S. Pauli.

Iulius habet Dies 31.

2. Visitationis B. M. V.
3. Translationis S. Thomæ Cantuar.
3. Margare. ab hoc festo Ferię Rusticę apud nos ordiuntur; & ab vltima ante Margarete, ad prim. post Bart. iudicia silent.
15. *Diuisionis* Apostolorum, in Ordinariis apud nos.
22. Mariæ Magdalenæ.
25. S. Iacobi Apostoli.
26. S. Annæ matris Mariæ V. in Ordinariis apud nos.

Augustus habet Dies. 30.

1. Petri ad vincula
4. Dominici
5. Mariæ ad niues.
10. Laurentii Martyris.
15. Assumptionis B. M. V.
19. Ludouici Confessoris.
24. Bartholomęi Apostoli.

Augustini

[k] De feriis lib. 2. Const. Syn.

28. Augustini Episcopi.
29. Decollationis Sancti Ioannis Baptistæ.

September habet Dies 30.

8. Natiuitatis B. M. V.
14. Exaltationis S. Crucis,
21. Matth. Apostoli & Euãg.
27. Translationis Sancti Staniſlai in Ordin.
28. Venceslai Mart. in Ord.
26. Michaelis Archangeli.
30. Hieronymi Cõfessoris Doctoris.

October habet Dies 31.

4. Francisci confessoris.
15. Heduigis in Ordinariis apud nos.
18. S. Lucæ Euangel.
28 Simo. & Iud. Apostolorũ
31. Vigil. Omniũ Sãctorũ, in qua fit mutatio Capparũ.

Nouember habet Dies 30.

1. Omnium Sanctorum.
2. Cõmemoratio animarum.
9. Dedicatio S. Saluatoris.
11. Martini Episcopi.
18. Dedicatio Basilic. Petri & Pauli.
19. Helizabetę in ordinariis apud nos.
21. Præsentatio B. M. V.
22. Ceciliæ Virginis.
23. Clementis Papæ.
25. Cather. Virg. & mart.
30. Andreæ Apostoli.

December habet Dies 31.

6. Nicolai Episcopi.
7. Ambrosii Episcopi.
8. Conceptionis B. M. V.
13. Luciæ Virginis.
A Festo S. Thomæ vsq; in crastinum Epiphaniæ,

FESTA MOBILIA, IN QVIBVS NON *seruatur Iudicium in Apostolicis & Ordinariis,*

Dies Lunę ante Carnispriuiũ, ac Dies Carnispriuii.
Dies Cinerum.
A die Lunæ Hebdomadæ Sãctę vsq; ad Octauã Paschę.
Vigilia Ascensionis Domini in qua est alia mutatio Capparum & Dies eiusdem.
Dies Pẽtecostes cum duobus diebus sequentibus.
Dies Corporis Christi.
Dies Creationis & incoronationis

tionis Pontificis viuentis.

Dies Anniuersarii Pontificis immediate defuncti.

FESTA INCERTA.

Quando fit Synodus Diecœsana vel Prouincialis.

Quando Episcopus vel Legatus primo ingreditur Ciuitatẽ.

Exequiæ Episcopi immediate defuncti.

Circa hæc Palatii festa & Consistoriorum nostrorum obserua, quòd in his festis quæ à populo seruantur, & quibus à seruilibus operibus abstinetur, non consueuit iudicium exerceri, tàm coram Apostolicis quàm coram Ordinariis. In aliis verò festis non celebribus ad populum, de Cõsuetudine apud nos iudicia coram Ordinariis fiunt, nisi specialiter dicatur in Ordinariis, vt suprà.

In Delegatis vero Causis à Sede Apostolica festa Palatii adamussim seruantur. Hæc dle feriis solemnibus.

g c. vlt. ext. de feriis.

FERIAE RVSTICAE sunt, quæ ob commodum hominũ causa Messis, Vindemiarum sunt adinuentæ: & in talibus non exercetur Iurisdictio contentiosa, nisi illis renunciare vellent partes, quod eis licitum est g

REPENTinæ Feriæ sunt, quæ in gratiam Principis edicuntur, puta ob diem Natalis ipsius, vel Filii eius, vel coronationis, vel ob publicam gratulationem, seu lætitiam. sed & quæ ob periculum ingruens fiunt, feriæ Repentinæ dicuntur; quales anteactis annis, luctuosas ferias, ob seuiciem pestis, miserabiliter sæpe egimus; & ne hac ætate nostra calamitosa, peccatis nostris ita exigentibus, tales feriæ incidant, Deus Omnipotens est exorandus.

DE LOCO Iudicii illud tenẽdum est, quòd regulariter in eo loco iudicium celebrari debet, vbi forum Reus habet h vel vbi res sita est, vel beneficium, vel si causa sit fori Ecclesiastici, tunc coram iudice Ecclesiastico iudicium fiet,

h l. iuris ordinem C. de iuris. om. iud. l. fi. C. vbi in rem actio.

Illud

Illud etiam addendum est, quòd in eo loco iudicium fieri debet, vbi iudex iurisdictionem habet. Hinc Episcopus clericos suos non potest in aliena Diecœsi iudicare, nec Tribunal ibi erigere, cùm nullam habeat iurisdictionem in alieno territorio. i Et quoties hodie apud nos Episcopi in aliena Diecœsi, prout Ordinarii, iudicia habent; semper licẽtiam ab Episcopo illius Diecœsis, vel eius Viccario accipiunt: alias non valeret processus. Quod in Delegata Iurisdictione non procedit. Delegatus enim potest eligere illum locum, in quo sit peritorum copia, iuxta Bonifacii Octaui constitutionem. k

i vt infra. de Excepti. vers. ratione iurisdict.

k c. statutum § cum vero, & § cum antea de rescr. in 6. & sup. de Proces coram Deleg.

Idem sentiendũ est, quando quis reperitur in Curia Romana, tunc enim opus non est locũ Iurisdictionis attendere, *Nam cum Roma sit communis Patria omnibus,* l *& communis forus,* potest ibi vnusquisq; conueniri, nisi ob aliam causam quis se ibi venisse dicat, tunc enim habebit ius reuocandi domum.

l Roma ff. ad Municip. & c. vlt. ext. de foro competi.

Obseruatio.

REperiuntur nonnullę causæ, quę ex natura sua in alio loco iudicari, & cognosci nequeunt, nisi ad quem spectant. EXEMplum in POstulationibus, ELEctionibus, TRANslationibus Episcoporum, quæ omnes ad Notionem D. Petri reseruatione Antiquorum Patrum spectant. m Huc referri etiam possunt Appellationes in causa Prouisionis, Officii, Canonicatus, Præbendæ, Decimarum &c. quæ omnes per Appellationem deuolui solent, iuxta formam Innocentii quarti, n vt de Appellatione dicetur.

m c. maiores ext. de Baptismo. in pr. & c. debitus in fi. de Appel. Rotæ decis: 38. de App. in nou.

n c. 1. de Elec. in 6.

De Causa Iudicii, & Figura eius C. VII:

CAusa, ex qua iudicium constat, est, cuius vi, effectus sequitur, cuius genera quatuor ab Aristotele ponuntur. a Materialis, Formalis, Efficiens, Finalis.

a Rob. Mar. in pr. Adu. p. 2.

Materialis, vt potè subiectum, ex quo iudicium generatur,

est negocium seu factum ipsum, agentis & rei controuersiam continens.

Efficiens, est Iudex presidens, Actor petens, Reus defendens, isti siquidem tres faciunt iudicium. [b]

[b] vt sup. c. 1. de iud. in genere.

Finalis est Partium Victoria, quæ ex Sententia, & Re iudicata habetur.

Formalis est, quæ dat modum Actui iudiciario, & talis est Ordo Solennis iudiciorum, qui alio nomine à Baldo [c] Figura iudicii vocatur, & his Clausulis terminorum generalibus continetur, ex quibus totus Processus constat.

[c] Bald. l. nequi- quam §pen. col. p. ff. de off. pro- cons.

CLAVSVLAE TERMINORVM GENERALES seu Figura iudicii.

Additur Competens iudex.
Citatur Reus.
Offertur Libellus Reo.
Datur terminus Reo ad respondendum Libello.
Recusatur iudex.
Opponit exceptiones Reus.
Replicat Actor.
Duplicat Reus.
Triplicat Actor.
Quadruplicat Reus.
Interloquitur Iudex.
Fiunt interrogationes ante litem contestatam; hodie tamē his nō vtimur nisi post litem contestatam.
Satis datur à partibus.
Lis contestatur.
Iuratur de calumnia.
Fit terminus ad probandum
Formantur Positiones & Responsiones.
Dantur Capitula seu interrogatoria Super quib' testes respondent.
Obiiciuntur varia testib. per aduersarium.
Producūtur testes, iurati examinantur.
Publicātur præsente parte, vel in contumaciam.
Exhibentur Instrumenta.
Opponitur contra illa.
Eorum copia datur.
Fit terminus ad allegandum dæclaran. contra declar. dicen. & concludendum.
Habetur

Habetur Cōcilium Prudentū.
Fertur Sententia.
Appellatur.
Mandatur Executioni Sententia.

Obseruatio.

FIgura iudicii de qua loquimur est duplex, *Accidentalis & Substantialis.*

ACCIdentalis est, sine qua iudicium subsistere potest, [d] veluti sunt. Exceptiones contra Reum, contra Libellum. &c.

[d] l. sed si susceperit ff. de iudi. l. ita demum vbi Alex. C. de Proc

SVBSTANtialis, quæ consistit in substātialibus iudicii, veluti est Citatio, Libelli oblatio, Litis contestatio, Iuramentū Calumniæ, Probatio, Sententia absolutoria vel condemnatoria: & sine hoc ordine iudicium nequit esse. [e]

Termini Rom. 6.

[e] l. prolatam C. de sent. & interloc. om. ind. & c. de causis ext. de off. deleg. c. vni. de lit. cont

PRO Figura hac melius obseruanda sciendum est, de Praxi & Stilo Curiæ Romanæ inuentos esse Terminos certos, infra quos præmissi Actus iudiciarii expediri debent.

Et quamuis in Consistoriis nostris, de Consuetudine, corā Ordinariis non seruentur; quorum etiam omissione, Processus non potest accusari de Nullitate; cum in hoc iuuemur *Bulla Leonina, Prouinciæ Gnesnen.* cōcessa; [f] tamen quia in Apostolicis causis, omnes infrascripti termini seruantur, & iuxta eosdem, aliquando, Ordinaria iudicia regulantur; ideo eosdem hic subiiciemus.

Praxis Pol. Consist. Cuiā

[f] vt in lib. 4. Bulla Leon Conf. Syn. de Priuileg.

TERMINI SVBSTANTIALES IN PROphana causa coram Ordinario in prima instantia.

Ad libellandum.
Ad respondendum Libello.
Ad contestandam Litem.
Ad iurandum de Calumn.
} Singuli ad prim. diem iur.

Ad diem octauam iurid.

Additur terminus quintus, ad dicendum contra Commissionem, si causa fuerit coram Delegato, ad primam diem iur. & à principio seruari debet.

Citatio

CItato verò litem differente concertandi. Actor vti debet quatuor terminis ad conteſtandam litem.

1. Citari debet Reus Simpliciter.
2. Ad primam di em iuridicam.
3. Ad pri. d. iur. addita pœna excommunicationis.
4. Ad primam diem iur. addita clauſula, ad videndũ ſe declarari: & Declaratio in termino obtinetur.

LITE vero conteſtata alii termini ſeruantur.

Ad Articulandum — Ad quindenam.

Ad dicendum contra Articulos. }
Ad producendum omnia. } Singuli ad 2. di. iur.
Ad dicendum contra producta. }

Ad Articulandum & iurandum de calumnia, ad p. di. iur.

Eſt & alius terminus, Ad dicendum contra Declarationes ad prim. diem iur. & ſeruaatur tunc ſi in ſcriptis datæ fuerint: ſi autem verbo fiant, tunc omittitur, & ob id iſte terminus ſubſtantialis non dicitur vvt Veſtrius tenet. g

g *Veſtr. lib. 5. c. 4*

De Terminis Dierum aliter Heningus Goden h in quibuſdam tenet: ſed fortè ideo, quia aliter ſeruatum fuit ſuo tẽpore.

h *Hen. Go. in proc. in. p. p. Rub. 27 Vantius de Nullitat.*

Deniq; ſeruatur terminus. i

Ad concludendũ && }
Ad audiendam ſententiã. } Ad prim. diem iur.

IN BENEFICIALI CAVSA ALITER

Termini ſeruantur coram Ordinario in prima Inſtantia.

Ad libellandum. }
o Ad declarandum. } Singuli ad 1. diem iur.
o Ad iurandum de calumnia. }

Ad Articulandum. }
Ad dicendum conta Articulos. } Singuli ad 2. diem iur.
Ad producendum omnia. }
Ad dicendum contra producta. }

Additur Ad dicendum contra Commiſsionem, ſi cauſa vertatur coram Delegato & à principio ſeruatum.

Heningus addit alios 4. { Ad declarandum. / Ad d. cõtra declarata. } Sin. ad p. iu: / Ad Concludendum. / Ad audien. ſenten. aliquando ad p. aliquando ad ſtatim.

TERMINI IN SECVNDA INSTANTIA.

Omnes ſupradicti Termini, ſeruantur in 2. Inſtantia ad p. diẽ iur. Excepto termino Ad Articulandũ, qui ſeruatur ad 8.

TERMINI IN TERTIA INSTANTIA.

In tertia Inſtantia, iidem omnes ſeruantur Termini ad primam diem iuridicã, excepto termino Ad Articulandum, qui ſeruatur ad quindenam.

Obſeruatio 1.

Prędicti Termini ſeruantur vnus poſt aliũ exceptis duobus
Ad declarandum &
Ad iurandum de Calum. qui ſimul ſeruantur.

Obſeruatio 2.

Prima Inſtantia dicitur, prima agitatio cauſæ, cœpta coram primo iudice, vſq; ad ſententiam: à qua ſi appellatum fuerit, tunc erit Secunda Inſtãtia. Si verò iterũ appellatur, tunc erit Tertia Inſtantia: & ſi fuerint tres conformes Sentẽtiæ, ampliùs non appellatur.

Termini in Iudicio inquiſitionis.

Vnicus eſt ſaltem, ſi coram Ordinario agatur, k *Ad dicendum contra Articulos*. Si coram Delegato, tunc additur: *Ad dicendum contra Commiſsionem.*

k *plura de hoc infra c. 42.*

Termini, qui specialiter in Consistorio Cracouien: seruantur.

f. 23.
Omissio Terminorum non causat Nullit. nisi in 3bus Casib. 013.

PRAEMonuerã suprà, quòd Processus & Sententiæ, in partibus nostris, infringi nequeunt, de Nullitate, ex omissione Terminorum. Quod quidem verum est, nisi in iis reperiatur Defectus Iurisdictionis & Citationis: & dũmodo aliter partes non reperiantur enormiter læsæ, in Iustitia Negotii principalis, prout eosdem casus specialiter exprimit, allegata Bulla Leonina, [1] in quibus processus habiti & lati, inualidi & ineffaces sunt. Vltra tamen prædicta, Ordinarii locorum in partibus nostris, pro æquitate iuris, & ne partes celeritate Processus, & nimia festinatione in iure reddendo, lædãtur; quosdam terminos iudicii substantiales, obseruare cõsueuerunt; & sunt isti, vt ex Praxi obseruauimus.

Bulla Leonina [1] § quodq. d. li. 4 f 327.

Praxis Ordinarior ex æquitate.

Ad describendum libellum ad 8.

Ad deliberandum & ad Respondẽdum Lib. pro arbitrio iudicis & pro qualit: cau: Aliquando cum isto term. ad respondẽ: seruari solet Ad contestandum.

Ad contestan: & de calum. iuran. simul ad p. d. i. sed sepius omittitur Iur. Cal.

Ad ponendum & Articulan: pro arbit.

Ad contradicendum Position: ad 8.

Ad Probandum iuxta qualit: negotii.

Quòdsi testes producere pars vult, tunc est terminus Ad videndum testes produci, admitti, iurari, examinari: & ad dãda interrogatoria, quæ ad statim vel ad cras dantur.

Ad publicandum ad statim.

Ad excipien: contra testes ad quind.

Ad concludendum seruatur simul cum termino.

Ad Sententiandum ad p. d.

Quod

Quòdsi verò oriatur Disputatio super incompetentia Libelli, Legittimatione personarum, impertinẽtia Position: Artic: tunc seruantur termini,

Ad excipiendum. } Singu. ad p. d.
Ad replicand.
Ad Duplic. Tripl. Quad.
Ad interloquen. super materiis productis.

De Iudicio Summario, in quo Figura iudicii non seruatur C. VIII.

QVamuis iudiciorum certa sit Forma & Figura, de qua plenè ante diximus; non semper tamen, plenario ordine iuris, in causis, iudex procedere cogitur. Sunt enim quædam Priuilegiatæ causæ, [a] in quibus non est opus seruare solennem iudiciorum Ordinem, & istæ quadruplices sunt: Beneficiales Ecclesiasticæ, veluti Electiones, Postulationes, Collationes, Prouisiones, Præsentationes &c. Causa Matrimoniorũ, Decimarum, vsurarũ, in quibus simpliciter & de plano summariè que proceditur.

[a] vt in Clem. dispendiosam de Iudi.

Illud tamen non est ignorandum, Omnes prædictas causas, iudicem posse iudicare, quoties vellet, in forma plena iudicii. Iura enim non necessitant iudicem ad viam summariã: siquidẽ non dicunt per modum præcepti & necessitatis, sed per modũ beneplaciti, videlicet: *Possunt iudices, tales causas, summariè iudicare.* [b] Et specialiter Ordinarii iudices possunt hoc facere. Nam Delegati, mandati fines custodire tenentur. Hinc si Papa scribat: *Simpliciter & de plano cognoscas* &c. talis iudex summariè procedet; secus enim esset inualidum, quod faceret. [c] Sed si Papa sub hac clausula scribat: *Poteris talem causam simpliciter cognoscere*: &c. tũc Delegatus eligit viam quam vult.

[b] Clem. sæpe de verb. sig.

[c] c. cum dilectus vbi gl. ext. de resc.

In iudicio itaque summario sufficit aliqualem petitionem,

fieri loco Libelli, vt iudex formare sententiam possit. De Praxi Curiæ Romanæ in Summariis hi seruantur Termini.

Ad ponendum.
Ad articuland.
Ad producend: omnia.
Ad dic: contra producta.

Coram Delegato additur, Ad dic. con. Commiss.

Alii termini non seruantur. Sed Vestrius ait cautius esse, si seruarentur. [d]

[d] *L. li. 5. c. 10*

Confirmat Sapius manuscripta Scripturam. Alias de Absurdam Sequitur non seruandi Feriarum

Deinde non spectatur *Tempus Feriarum* in tali processu: *Dilationes* frustraneæ reiiciuntur, Aduocatorum turba, Testium multitudo restringitur, & necessariæ Probationes admittuntur.

In summa, *nihil in Summariis* præter Citationem, & Iuramentum de Cal. si exigatur,, & dictos terminos, seruatur. Sed cùm iam Naturam, Diuisiomem, Circumstantias *iudicii* exposuerimus, consequenter iam de diuisione Processus videamus.

De Diuisione Processus Ordinis Iudiciarii. Caput IX.

Sicut cæterarum rerum træs sunt partes constitutiuæ: Principium, Medium, & Finis:: ita & *Processus iudiciarii* tria sunt Principia iudicium ordinantia: videlicet, *Præparatoria, Instructoria, Decisoria,*

PRÆPARAtoria, quædam sunt *de Necessitate*, veluti *Citatio, Libelli oblatio*: quædam sunt *de Solennitate*, veluti,

Actionis propositio.
Actionis cessio.
Iudicis comp. aditio.
Contumaciæ punitio.
Primi & Secundi decreti interpositio.
Comparitio.
Dilatio.
Feriarum obiectio.
Iudicis recusatio.
Excommunicatio.

Satil-

Satisdatio.
Interrogatio.
Reconuentio.
Incidens quæsitio.
Possessorii & petitorii cognitio.
Spolii obiectus.
Rescripti exhibitio, quoties coram Delegato agitur.

INSTRVctoria, quæ *Substantialia* dicuntur, sunt.

Litis contestatio.
Iuramenti calum. præstatio.
Positio.
Confessio.
Probatio.
Articulorum exhibitio.
Testium productio.
Instrumentorum editio.
Præsumptio.
Iuramenti delatio.
Disputatio.
Conclusio.
Conclusioni renunciatio.
Consilii requisitio.
Sententiæ petitio.
Relatio.
Remissio.

DECISORIA sunt,

Sententiæ prolatio.
Executio.
Appellatio.
In integrum restitutio:
Supplicatio.
Expensarum petitio.
Fructuũ & interesse restitutio.
Temere litigantium punitio.

De quibus omnibus priusquam agemus, nonnulla de præparatione actoris & rei tùm & iudicis præmittemus.

De Præparatione Actoris & Rei, ac Iudicis. C. X.

QVia quæ bono inchoantur principio, meliori peragũtur exitu: [a] idcircò Personis iudicium constituentibus curandum est, vt recto initio ordiantur lites; ne euentu stultorũ Magistro discãt ea, quæ malo sunt cœpta principio, vix felicioremsortiri exitum. Et quoniam tota vis iudiciorum in Præparatoriis consistit; proinde talem se quisque paret domi, qualem

[a] *c. principatus 1. q. 1. & c. cum Paulus ib.*

lem se cupiat videri foris. Qua in re cupientes omnibus opera nostra prodesse. Præparatoria quædam, quæ Citationem & Libelli oblationem præcedant, præmittemus.

Primò igitur Actor in id studium incumbat, *Ne litem cuiquam temerè inferat.*[b] *Lites enim temerè susceptæ, quàmplurimos homines ad summã inopiam perduxerunt.* & *Ne iudicio cotendat pro lucro captando, sed pro damno euitando.*

2. *Deliberet consulendo amicos & Iurisperitos, expediatne agere vel non.*[c]

3. Verecunde secum cogitet de Actione proponēda. Nã iuxta Iurecōsultum, *Verecunda cogitatio eius, qui lites execratur, non est vituperanda.*[d]

4. Merita causæ suæ diligēter perpēdat. Memor eius, quòd magni sumptus, maiores labiores, maximæ molestiæ litigantes sequuntur: & quamùis alliquis sæpè victor euaserit: *Satius est tamē semel vinci, quàm ssæpius vincere, & diutius litigare.*

5. Consideret, *An paruo damno suo transigere possit.* Nã iuxta Doctores, *Melius est tenuiter componere, quàm pinguē sententiam expectare,*

6. Aduocatos pios, noi autem eos qui inuersa Cōscientia lites sibi nutriūt, quærat. Alioquin, si malos Cōsultores habebit, inueniet potiùs augmētum desperationis suæ, prout Iudæ traditori accidit, & bonæ causæ interitum accelerabit.[e]

7. Perpēdat probationes, quibus intētionē suam probare vult, si neget Reus, nec contētus sit sola simplici assertione veritatis alicuius facti: nam si hæc nō apparuerit in iudicio, vel probata non fuerit, nihil veritas illa in foro iudiciali proderit: hæc enim probari, vel per Confessionem partis patere debet.[f]

8. Caueat Actor id proponere quod probare non possit: eo enim modo, Reus absoluetur, etiamsi nihil præstiterit.[g]

9. Qualiter agere velit videat. *Criminaliter* enim agens tenetur se inscribere[h] ad pænam Talionis. *Ciuiliter* verò a-

b vt de pæn. tem. litig. in Iust.

c Spec. in tt. de præp. iud. & Io. and. ib. & e. induciæ 3. q. 3.

d l. item si res. § fin. ff. de alien. iud.

e Io. An in § testes c. 2. de testi. n 6. ver interrogatoria.

f l duo sunt ff. de test. tut. l. in lege fūdi, vbi Bart. ff. de cont. empt. g c. fi. 6. q. 5. & l. qui accusare. C. de eden. c. vt nostrum. § 1. vt eccl. benef. l. Actor. C. de probat

h c. qualiter & quando il. 2. ext. de Accus.

Crimina hibetur vendicta: Scripturam in obsp. Talionis.

gens super peccuniariis causis, fundo, seruitute, debet requirere Reum per amicum vel vicinum de hac re, de qua eum cōuenire vult. Quod antiquitus fuisse factitatum, patet ex verbis Liuii:[i] *Cùm res inquit inter parietes peragi non posset, ventum in ius est.* Idem fuisse de Lege 12. tab. constat ex Denuntiationibus, de quibus in iure:[k] Præmissa enim Denuntiatione Reus vocabatur, & renitens præuia Contestatione, etiam ob torto collo ducebatur, vt ex verbis Legis 12. tab patet.

Si in ius vocet; atque eat: id est statim eat.

Ni statim eat: em. Capito. antestari.

Si caluitur, pedemùe struit, manum en do iacito.

Idem facere *Lex Euangelica*[l] suadet. Quæ Denuntiationes quoties fiunt, toties ex vrbanitate magis quàm necessitate admittuntur. Vtile tamen est denuntiare; quia si pro peccuniaria summa Reus citetur, qui diem solutioni præfixam non habuit, Actor non obtinebit expensas, imò secundùm quosdã Reo condemnabitur.[m]

10. Meminerit etiam Actor, quòd post Actionem propositam tenetur in iudicio persistere.[n] Neque poterit liti inchoatæ renunciare, nisi simul & liti & causæ renunciet.[o]

11. Forum competēs, & iudicem idoneum, ad quem reus vocari debeat, Actor tenetur præuidere. Actor enim tenetur sequi forum Rei, vt infra dicetur.

Hæc omnia Actor diligenter præmeditetur. *Ne post vulneratam causam cogatur remedia quærere*[p] *bona amissa causa.*

Quę autem REo sint considerandа circa Prępаrationem iudicii, dicetur infrà de exceptionibus Rei, & de Termino ad deliberandū. Prædicta tamen omnia Actori considerandа, competunt quoque Reo.

Iudici considerandа in Præparatoriis.

Partes iudicis sunt, diligenter considerare Personam agere volen

i lib. 4. hist. S. Solis

k § appellamus. Inst. de Act. & Signor. lib. 1. c. 18. de Iudi. Henar. ad l. 12. tab. c. 5.

l c. 18. Math. de si peccauerit 2. q. 1.

m c. licet heli ext de sim. vbi Abb. n. 13.

n Aut. qui semel C. quom. & quan. iud.

o Bal. & Bart. l. post quam. C. de pat. Abb. in c. dudum. il. 2. n. 13

p l. vlt. C. in qui. cau. in int. res. non est neces.

volentem, & ne passim admittat vnumquemq; ad Accusandū pro discretione sua videat: præsertim verò in Criminalib. id aduertendum est. Qua in re cupientes certam rationem iudices habere, qua de Actore iudicent, ideò hæc in ipsis notabunt. *Famam Existimationem, Opinionem, Intentionem, Fidem, vitam, Temeritatem, Conscientiam, Meritum, Causam, Inimicitias, Odium, Sit ne Actor litigiosus, vituperator, infamis, degradatus,* & si sit talis, propter quod ab Accusatione recusatur, [q] cùm Accusatio præsumatur fieri fide mala. [r]

Curabit quoq; iudex, Partes litigantes in concordiam reducere. [s] Et hoc faciet Iudex, quādo sibi sunt ignota iura partium, & obscura: secus enim cùm ex allegatis partium iudici constat de meritis causæ, non debet reducere partes in concordiam, ne videatur ius vnius sine causa alteri dare. Hinc nō bene faciunt iudices, qui post Conclusionem in causa, partes inducunt ad Componendum, hoc enim illicitum est, nisi ex aliquibus Circumstantiis, cōtrarium faciendum sit. [t]

Regula generalis, omnibus Iudicibus vtilis.

Nemo mihi Dominus, vel Iudex Ecclesiasticus Suo sensu, quàm Sanctorum Canonum auctoritatem duxat; c. 1. ext. de Constitutionibus.

[q] vt sup. de Exceptionib. § contra Actorem.

[r] c. querendum est. c. Si quis. 2. q. 2.

[s] c. fin ext. de Transac. c. studendum 90. dist.

[t] Abb. d. c. fin. Ant. Butr. c. 1. & ib. gl. fi. ext. de mutuis petit.

De Foro competenti. Caput. XI.

CVM iudicium in iurisdictione firmetur, & Actor forum rei sequi debeat, [a] ideò Actor matura deliberatione præhabita eorum, quæ in Prræparatoriis dicta sunt, si litem sibi vtile inferendum esse putauerit, competentem aduersarii iudicem adibit, forum eius sequendo.

[a] c. cum sit ext. eo & c. si clericus. eo. & l. iuris ordinem C. de iurisd. om. iud.

Et generaliter loquendo, Iudicis competentia, seu forum quinq; modis attenditur. [b]

[b] gl. c. 1. 3. q. 6. Silu. in sum. ver. forus.

Ratione Domicilii, Originis, Contractus, Delicti, Rei sitæ, & respectu Priuilegii, seu Rescripti concessi.

FORum respectu DOmicilii, est locus iudicio, in quo reus domicilium habet, [c] & à iudicio illius fori iudicari debet. Talis est iudex Episcopus quilibet in sua diecœsi, ipse enim habet

[c] arg. c. forus. ext. de verb. sign.

bet veram iurisdictionem in Diecœsanos territorium suum inhabitātes, quod est verum, quò ad causas Spirituales & Ecclesiasticas, secus quò ad seculares.

IVDEX ORIginis, est iudex Originarii loci illius, in quo quis propriè natus est, vel eius pater. [d] Talis iudex, est Episcopus omnium, qui in Diecœsi nascuntur. Ratione cuius originis iurisdictionem suam voluntariam, exercere potest, Dimissorias literas ordinari volentibus Diecœsianis, concedendo, & Ordines conferendo. [e]

[d] l. assumptio ff. ad municip. vbi Bart. Abb. in c. 1. ext. eo. n. 6.

[e] ita Conc. Trid. c. 2. Sess. 14. de ref. & c. 8. c. 10 Sess. 23 de refor.

Dimissoriales.

IN hac autem Originalis loci consideratione sciendum est, quòd non attēdatur persona Matris, sed tantum Patris: [f] *Partus enim quò ad honores, & munera personalia, semper sequitur Patrem, quò verò ad libertatem sequitur ventrem.* [g]

[f] d. l. assumptio. & l. cives C. de incol. lib. x.

[g] vt in Inst. & Bart. d. l. & l. origine C. de municip. & orig. lib. x.

Quamùis autem Originis locus sit cuiq; immutabilis, & naturalis; tamen si quis transferat domicilium alibi, & renunciaret Ciuitati, desinit esse Ciuis Originarius, tàm ad munera personalia, quàm iurisdictionem; in quo tamen Consuetudo Ciuitatum seruanda est. Hinc & in Voluntaria Iurisdictione Episcopali, locum prædicta non habent. Natus enim in diecœsi Cracouien. si se transferat ad aliam Diecœsim, mutatione tali non potest ordinari ab alio Episcopo, sine consensu sui Episcopi, vel eius Dimissoriis: aliàs & ordinans ab exercitio Pontificalium est suspensus ad annum, & ordinatus ab executione Ordinum: [h] quod vtiq; cessat in eo, qui tribus annis in familia Episcopi commoratus est, [i] etsi beneficium statim ei conferatur.

[h] vt sup. in Conc Trid.

[i] c. 9. d. Sess. 23

Prædicta ergo in Contentiosa Iurisdictione procedunt, vt bene hoc in mulierib. monstratur, quæ contracto Matrimonio, efficiuntur de Foro Mariti; [k] etiamsi puella existens præueniatur Citatione, & postea in matrimonium locetur. & hoc ideo: quia *Fœmina nubens tenetur sequi virū,* [l] cùm dicatur *Caput essæ suæ familiæ & finis.* [m]

[k] l. cum quædam puella ff. de iur. om. iud.

[l] c. si quis. 34 q 2

[m] l. pronunciatio ff. de verb. sign.

IVDEX CONtractus est is, in cuius iurisdictione de aliqua re contractus factus est, vel Compromissum secutum. Quo nomine Contractus hoc loci intelligimus, non tantùm Contractum vltrò citroq; obligatorium, sicut est EMptio, VEnditio, LOcatio, COnductio, COMmodatũ, Pro SOcio MANdatum, Depositum, & reliqui contractus, qui sunt Bonæ fidei; [n] sed etiam cõtractum *Stricti iuris*, [o] ac eum, qui *Præscriptis* [p] *verbis* fit: insuper & eum nomine contractus venire dicimus, qui quasi Contractus est, qualis dici potest, ADMInistratio, TVtela, CVra, TRAnsactio, DOnatio, PActum, tã in spiritualib. quàm temporalib. factum. Vnde, *si quis in loco vno renuncians iuri suo in alio hoc idem seruare nolit, potest ibi trahi, vbi renunciationem fecit; vt obligationem dissoluat.* V. G. *Ticius cõfessus est se debere Sero* 100. *promisitq; eidem se redditurum pro festo S. Stanislai, sub pœna similis sũmæ Crac. submittens se & hæredes ac bona iurisdictioni, coertioni, compulsioni, & mero examini quorumcunq; iudicũ.* &c. Tunc enim in defectu solutionis, potest talis trahi ad quemùis iudicem, foro eius non attento.

n § *actionum autem. Ins. de Act.*
o *d. § actionum.*
p *d. § actionum & ff. eo.*

IVDex Delicti est, in cuius territorio vel iurisdictione quis delinquit: *vbi enim quis* comprehenditur, ibi punitur; etiamsi alibi bona eius sint constituta: [q] Hoc tamen cessat *in Clerico*, qui comprehensus à iudice laico puniri nequit. [r] Et licèt aliqui dicant, quòd hoc procedit in Clerico, comprehenso in habitu Clericali; sed idem procedit etiamsi in Laicali deprehendatur: quia Ordo per extraneum habitum non exuitur, & cõstito de Ordinibus deprehẽsi, remitti debet ad Episcopum. [s] Idem fit in *florentissima Vniuersitate Cracouien.* quæ amplissimis Priuilegiis à Summis Pontificibus & Regibus dotata hoc obtinuit, *quòd scholarem & quemùis Rectori Academiæ Crac. subiectum, non possit aliquis iudex punire pro delicto, sed eũ ad Recto-*

q *Abb. d. c. vlt. de fo. comp.*
r *c. si iudex. de sent. excom. in 6.*
s *arg. c. si. diligenti ext. de fori comp. vbi d.*

Academiæ Cracouiẽsis libertas Scholarium.

rem remittere cogitur, & quod magis est, neq; eum capere & retinere sine licentia Rectoris, & eius familia potest, vt ex Libertatibus Scholasticorum à VLADISlao IAGEllone REGE POLOniæ cõcessis patet: de quib. in Statuto Regni.

IVDex rei sitæ est, in cuius iurisdictione res, de qua cõtrouertitur est constituta, quod vtiq; non simpliciter accipiendũ est. Nam tria sint oportet, vt quis ratione rei sitæ citetur.

1. Vt reus rem possideat in eo loco, [t] velut possessor & Detentor.

t *d. c. vlt. de fo. comp.*

2. Vt agat actione Reali non personali. [u] Realis enim rem persequitur, Personalis obligationem Personæ comitatur.

u *Inst. de Act. § omnium.*

3. Vt res de qua agitur, sit immobilis. Si verò sit mobilis, tunc nemo aliter ibi cõueniri potest, quo eam intulit, nisi in eo loco sit animi destinatione permansura. [x] *Hinc si quis viator equũ ducat per Cracouiã, eumq; qui d meum esse putẽ Cracouiæ rei vendicationis iudicio ab eo petiero, Ductor nõ cogitur Crac. se defendere. Nam iuxtà Vlpianum,* [y] *durum est, vt quotquot locis quis nauigãs, vel iter faciens delatus est, tot locis se defẽdere.* Potest tamen hodie equus Arestari, qui liber erit ab Aresto; si Ductor de equo exhibẽdo, & de iudicio sisti in loco Domicilii sui Cautionem faciat.

x *Alb. Cyn. Bar. & gl. in d. l. vlt. C. vbi in rem actio.*
y *l. hæres § absens ff. de iud.*

De æquitate tamen iuris sæpè videmus contrarium fieri in casu præmisso, vbi enim quis rem præsentem habet, ibi respondere tenetur.

HÆC Praxis procedit etiã *in beneficialibus*. Si enim Clericus habeat beneficium in diecœsi Cracouien. licèt non teneatur ad residentiam respectu forsan Dispensationis, vel quia est simplex beneficium; tenetur tamen *in Sacerdotalibus* coram Episcopo respondere. [z]

z *Felin. c. dilectus. ex. de resc. n. 9. Abb. c. 1. ext. eo. n. 6. Rebuf. 376.*

IVDex Priuilegii est, cui iuris vel Principis Priuilegio seu Rescripto iurisdictio in Reum conceditur. Hinc *Miles coram duce*

Duce, Clericus coram Episcopo, Scholaris corã Magistro vel Rectore, Vasallus coram Domino feudi, accusari potest. Si verò quis citaret Clericum ad iudicem laicum; tunc de iure rem, & causam amittet. [a] Quemadmodum etiam Clericus coram laico spontè litigans, si ciuilis sit causa, eam amittit; si criminalis, ab officio deponitur: [b] Nec valeret hoc casu renunciatio fori. Cùm enim hoc beneficium non sit personale, sed toti collegio Ecclesiastico sit indultum; ideo priuatorũ pactio derogare ei non potest. Hoc [c] Priuilegium fori non tantùm Clericis ipsis prodest; sed & familiæ Episcoporum: *Scholaribus quoque Ecclesiæ deseruientibus, astrictis in perpetuum seruitio Ecclesiastico, Sanctuariis, Conuersis, Pœnitentibus, & seruitoribus clericorum,* qui precio non seruiunt, [d] & de iure contra tales Laicus non procedit. Quoties tamen Papa concederet Laico vt possit Clericum iudicare & excommunicare, tunc valet excommunicatio & iudicium. [e] Hinc *in Celeberrima Academia nostra Cracouien. Rector, siue Clericus fuerit siue laicus, ordinarius est iudex omnium suppositorum: potestque omnes rebelles contumaes tam clericos quam laicos sententia excommunicationis imodare, & pœna interdicti punire:* quod non solùm ex Priuilegio, & longæua consuetudine, sed de iure facere conuenit electis per Vniuersitates Ecclesiasticas: [f] idq; propter ordinariam potestatem, quæ per electionẽ in eos transfertur. [g] Quinimo putarem, quòd hodie subiecti Rectori dictæ Academiæ tàm in spiritualibus quã prophanis, mixtis & aliis causis, ratione debiti, contractus, prouenientibus, non possit ad aliũ iudicẽ vocari, etiam vigore Rescripti Apostolici, nisi prius coram Rectore, Ordinario iudice, citentur: cùm omnes causæ corã Ordinariis in prima inst. priùs decidi debeant, argumento Conc. Trident. [h] & vigore Priuilegiorum Vniuersitati nostræ concessorum; quæ in *Criminalib.* si delin-

a *c. si diligenti. ext: eo.*

b *Abb. & Anchor. d. c. si diligenti.*

c *d. c. si diligenti. in fi.*

d *Abb. in c. nullus. eo. tt. n. 5. 6. 7. 8. Innoc. c. 2. de mai. & obed.*

e *c. bene quidem 96. aist. vbi gl. Abb. in c. Nassana. ext. de. Elec. n. 2. Abb. d. c. nullus. & c. atsi. de iud.*

f *c. ex literis ext. de conf. Innoc. c. dilecta ext. de exc. præl. Abb. in d. c. si dilig: n. 19.*

g *Silu. in sum. ver. excommunicatio. 1. n. 6.*

h *c. causæ omnes Sess. 24. de reform.*

si delinquens sit Clericus, Episcopum dant iudicem. per modũ remissionis: si verò Laicus, tunc ad Regem remissio fit. quod ideò factum est, quia Rectores hodie armatam militiam non habent, nec iurisdictio in Criminalibus eis competit. [i] Sed cognita iam natura fori, qualiter corã Ordinario Processus formari, Actorque agere, & reus in ius vocatus se defendere debeat, tradamus, singulos Actus iudiciarios exponentes.

i *Abb. in c. si quis contra ext. ec. n. 31. gl. in Aut. habita C. ne filius pro pat.*

De Primo Partiali membro Processus iudiciarii, coram Ordinario seruari soliti, videlicet de Citatione. C. XII.

QVoniam hodie de Concilio Tridentino adempta est litigantibus, iure experiũdi via, de aliqua actione coram alio iudice, nisi priùs coram ordinario in prima instantia causa terminetur: [a] ideò in processu nostro, primum locum Ordinarii Processus tenebit. De cuius persona, qualitate, cùm superiùs à nobis dictum sit; [b] nunc de ratione iudicii coram eo seruandi agamus. Et quia omnium actionum instituendarum, principiũ & fundamẽtũ [c] est Citatio; idcirco ab ea ordiemur. [d]

EST autem Citatio, Rei ad iudicium vocatio. Regulariter enim is est vocãdus, qui accusari vel aliqua actione conueniri debet. [e] Hinc etiam eo iure vtimur, [f] ne absens damnetur, & ne procedatur contra non citatum expresè vel tacitè; quandoquidem inaudita causa quemque damnari, nulla ratio æquitatis permittit. Et prædicta adeò vera sunt; vt si cõtingeret aliquem accidentaliter adesse iudicio ex alia causa, non autem ex Citatione; & proponeretur aliquid contra eum; tunc non tenetur respondere, imò fingitur abesse: & habet ius reuocandi domum [g] quoties sine citatione litigare non vult. [h]

Sed à quo Citatio peti debeat, consequenter, & de iure à

a *d. Sess. 24.*

b *sup. de Pers. iud.*

c *§ omnium. Inst. de pœ. tem. lit.*

d *vt ff. de in ius voc. in Rub. & C. eo. vbi gl. & Bal.*

e *arg. l. 1. ff. de in ius voc.*

f *c. in nostro. ext de Proc. l. ea quæ C. quomo. & qu. ind. l. 4. C. de accus. l. 1. ff. de requir. reis.*

g *c. fi. ext. de fo. comp. & l. 2. ff. de ind.*

h *Bart. l. 1. ff. de in ius voc. & l. prolatam. C. de sent. & interl. om. ind.*

iudice petẽda est, nequitq; fieri, nisi de Mandato iudicis. [i] Hinc Prætoris nota est vox: *In ius sine permissu meo ne quis vocet: & qui aliter citauerit, vel citari mandauerit, falsi tenetur.* [k] Et propterea quatuor actus in Citatione includuntur.

1. Iussus iudicis præcipientis aliquem citare.
2. Actus citantis.
3. Relatio vel Signatio executoris.
4. Comparitio rei in termino.

Hodie petitio de Citatione edenda, fit in Cãcellaria Ordinariorum, & communiter Notarios Episcoporũ vel Vicar. ac Official. adeunt partes, à quibus petunt Citationes extradi contra quaslibet personas.

Variis autem modis fit Citatio. Aut enim per literas: aut Per publicũ edictũ: aut viua voce: aut Realiter citatur aliquis.

VIVA voce Citatio fit; veelut si [1] iudex dicat: *Compareas coram nobis tali die. &c.* vel quando Clericus siue notarius publicus à iudice deputatur, ad citandum aliquem, quod sæpè fit in leuiorib. causis, &. Coram *iudice* fit Citatio his vel similib. verbis. EX MANDato Rꝛm D. LOCI Ordinarii *vel ex Mandato* Rꝛ. D. *Officialis citamini ad instantiam* N. &c. cuius executoris relationem mox actis inscribit notarius ad petitionẽ partis. Fit etiam Citatio viua voce, cùm *Nucius*, qui publicus minister est, citat aliquẽ: quales Nuncii & Cursores apud nos non sunt in causis spiritualis fori. Sed Romæ communiter tales habentur, & in Regno Neapolitano magnus eorum est vsus, ita vt fides eis adhibeatur; etiamsi de commissione citationis faciendæ & Mandato iudicis ex actis non appareat. [1] Huius rei exemplum ex aliqua similitudine dari potest, *in Bedellis Academiæ Cracou. & in Ministerialibus* apud nos in foro sæculari, quorũ Relationi de deposita citatione creditur. Ad extremum viua voce citatio fit, cùm pars partem in vim prouocationis ad causam adcitat, quæ Citatio est de iure valida, [m] & consueuit inter Clericos in causis electionum & Ecclesiasticis negotiis fieri.

[i] *l. sed si hac. § prætor dic. ff. de in ius voc.*

[k] *l. falsi nomine. ff. de falsi.*

[1] *Vel. in c. quoniam contra. de prob. col. 5. Ripa c. 1. col. 44. de iud. Corn. cons. 95. lib. 4.*

[m] *i. bonæ. & c. cum sit Romana. ext. de App.*

REALIS CITAtio seu violẽta, quæ & Cruda appellatur à nostris, est, cùm quis in propria persona ad iudicẽ inuitus dũcitur. [n] Exemplum est in debitore fugitiuo. Et hodie apud nos in *Apostatas*, & *clericos fugitiuos* decernuntur tales Citationes, vt in Synodo Diecœsana per Illustris. & Rꝛmum Dñum D. BERnardum MACIEIOWSKI CARDINAlem EPISCOpum CRACC. initio Episcopatus cõgregata cõstitutũ est.

[n] *l. pleriq. ff. de in ius voc. & l. vlt. C. de exhib. reis. Io. An. in c. romana. § contrahentes de for. comp. in 6.*

LITERALIS CITATIO est, cũm quib. à iudice literaliter citatur respõsurus: & regulariter hæc Citatio siue sit Ordinarii siue Delegati continere debet, Quis citat, & eius nomen & cognomen: Quem, & super quo: Vbi, & ad quem diem: ad cuius instantiam citet: & quod per se vel per legittimũ procuratorẽ peremptoriè compareat, vel non peremptoriè. Et hunc modũ apud nos seruãt Ordinarii, qui tribus edictis, hoc est citationibus, [o] vel vno edicto pro tribus peremptoriè Reum citãt: vt hodie fit dirigentes citationis litteras ad Executores, qui solent esse, Notarius publicus, Viccarius alicuius ecclesiæ, Parochus, Rector scholæ &c. & eius est talis forma.

[o] *gl. in c. fi. § pen. ext. vt lit. non cont. ver. edictis.*

CITATIONIS FORMA

BERNARDVS Miseratione Diuina S. R. E. Tit. S. Ioannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis MACIEIOWSKI nuncupatus, Episcopus Cracouí. Dux Seuerien. &c. Vel N. Vicarius in Spiritualibus & Officialis Generalis Crac. &c. Venerabilibus, Honoran. ac Discretis Viris executoribus intra & extra Muros Ciuitatis Crac. Vel Plebanõ Vicario talis Ecclesiæ, Rectori Scholæ, Salutem in Domino. Vobis in virtute

tute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis, *Vel*, sub Synodali pœna, firmiter & districtè præcipien. mandamus: quatenus ad instamtiam Venerabilis A. quoties ab eo requisiti fueritis, personaliter accedentes B. si hoc cõmodè facere poteritis, aliâs ob non tutum accessum per publicum edictum ipsum in tali causa vno edicto pro tribus peremptoriè citetis. quem & nos præsentibus hisce citamus. Vt corã nobis & iudicio nostro tali die, hora tertiarum, aliâs solitæ audientiæ: *Vel*, Vt coram nobis sexta die ab executione præsentium computat. si tunc iuridica fuerit, alias prima iuris immediatè eandē sequen. in loco solitæ residentiæ nostræ, vel vbi tunc cum curia nostra fæliciter constituti fuerimus, per se vel Procuratorem suum *legitime* compareat, querimoniis dicti A. & cæteris omnibus quæ in dicto termino in eadem causa contra eundem proponẽtur & obiicientur, *iudicialiter* responsurus. *Vel*, Ad videndum *produci* libellum occasione decimæ &c. nec non ad respondendum eidem, litemque desuper contestandam, aliâs ob non responsionem ad videndum in sententias excommunicationis incidisse. Certificantes eundem, quòd siue comparuerit siue non: nos tamen in dicto termino ad ea, quæ iuris erunt, altera Parte instante & proponente, procedemus iustitia sancta mediãte, & eius contumacia non obstante. Datum Cracouiæ &c.

Nostro sub sigillo.

Hodie verò Notarii in Consistoriis nostris nomen suum ponunt loco istorum verborum Nostro sub *Sigillo*. Sed de iure P in omnibus literis promulgatoriis, excommunicationis, citationis, vel dispositiuis, non est necessaria Notarii subscriptio.

P *dd. c. post cessionem. & c. quoniam ext. de Probat.*

Reperitur etiam alius modus Citationis faciẽdæ, videlicet quando

quando litteræ ad citatum diriguntur, vt in seculari foro fieri consueuit: eo tamen modo nos non vtimur.

Obseruatio. 7.

Aliquando citatio literalis in consistoriis nostris fit per Monitorium, cuius forma hic subnectitur.

MONITORIVM.

BERNARDVS &c. Expositum est nobis pro parte V. N, quomodo Ciues & incolæ Ciu. N. tametsi ad extraditionem census, ad eum ratione N. spectantis & pertinentis, pro festo N, ex erectione eiusdem Ecclesiæ Paroch eidem teneantur & sint adstricti: nihilominus nonnulli eorum hucusq; eundē ipsi extradere recusant. Idcirco petitū est a nobis, quatenus sibi de remedio iuris opportuno prouidere, nostrasq; monitionis literas, in & contra ipsos dare & concedere dignaremur. Nos verò petitioni huiusmodi vti iustæ & rationi consonæ benigne annuen. nostras monitionis litteras duximus esse dãdas, prout damus in Dei nomine per præsentes. Vobis supradictis executoribus, in virtute S. obedientiæ, & sub excommunicationis pœna mandantes, quatenus personaliter accedentes, si commodè poteritis, aliâs per edictum publicum, aliquo die Dominico, seu festo, ex ambona, omnes & singulos census huiusmodi detentores, vobis nominandos, quorum nomina & cognomina a tergo præsentium in vestris executionib. per vos describantur, autoritate nostra moneatis & requiratis, quos etiam nos præsentib. monemus & requirimus; vt infra 6. dies vestram huiusmodi monitionem proximè & immediatè sequen. quos ipsis pro omnib. dilationib. trinaque Canonica monitione præuia, & termino peremptorio

præfigimus & assignamus, censum huiusmodi ad manus illius seu exactoris eiusdē, dent & soluant realiter & in effectu, Verùm si se grauatos in præmissis senserint, extunc eosdē ad præsentiā nostram vt infra dictū terminum cōpareāt, citetis, ad allegādas causas, cur præmissa fieri non debeāt: alioquin si monitioni nostræ parere neglexerint, nec in termino sibi assignato cōparuerint; extunc nos, ipsos & eorum quemlibet, lapso sex dierum spatio, in sententias excommunicationis incidisse & incurrisse declaramus, & Christi nomine inuocato, in his scriptis excommunicamus. Quos etiam vos in vestris ecclesiis, singulis Dominicis dieb. & festis, publicè sic per nos excommunicatos denuncietis, & denunciare curetis; viso tamen a nobis priùs præsentium robore.

De Citatione per publicum edictum C. XIII.

HAEc Citatio ad similitudinem edicti, quod Prætor Romæ in Albo [a] proponebat, est inuenta. Nunquam autem de iure ad hanc Citationē proceditur, nisi his concurrētibus.

1. Quando Reus prius citatus legittimè, die præfinita non comparet, nec domi reperitur.

2. Quando impedit, ne citatio ad eum deueniat: tunc enim omissa Citatione per nuncium in personam ad Edictum procedi potest.

3. Quando subest metus de non tuto accessu.

4. Quando non dimisit Procuratorem, quem tenetur dimittere: tunc enim in contumaciam contra eum est procedendum, requirendique amici: qui si pro eo non interueniant; tunc ad valuas Ecclesiæ Cathedralis vel Collegiatæ, vel in loco parochiali seu beneficii, vel in publico aliquo loco citatio affigatur, vt ad notitiam citati perueniat.

Quoties

[a] *l. 1. & 2. ff. de alb. scri.*

[b] *Rot. dec. 781. eo. tt. in antiq. Castan. dec. 2. de do. & cont. dd in c. gratum. de off. del. Cast. l. ad peremptoriū ff. de iudi.*

Quoties quoq; necessitas subest; tunc est locus huic Citationi. v. g. quando ignoratur quis nominatim, citari potest ad aliquem actum, cuius specialiter interfit illum scire: tunc generalis citatio admittitur. Hinc si *Testamenti confirmationem* quis petat, ante omnia citantur primum omnes in genere sua interesse putantes, vt compareant: cuius citationis est hic effectus; vt qui non compareant, sibi præiudicent.

Idem fit in petentibus se ad præsentationem Patronorum ad aliquod beneficium institui: *Literæ enim Cridæ* ante institutionē ad beneficia extraduntur, [c] & ex Ambona in ecclesiis vacantibus publicantur, omnesq; sua interesse putantes citantur per affixionem ad valuas. Similiter quando in ecclesiis ante *Matrimonium* contractum publicæ denunciationes fiunt, in eum euentum adhibentur; vt quidquid impedimenti aliquis sciuerit, quò minus posset inter tales contrahi, illud prodat. [d] Solent autem istæ publicationes sic arctare ad comparendum; vt nisi compareat citatus, habeatur pro contumace. Quod verum est, quoties peremptoriè seu vno edicto pro tribus (quæ duo sibi æquipollent [e]) quis citatur. Aliquando tamen nō sufficit vno edicto pro tribus peremptoriè citare, præsertim si ad Priuationem & ad alia grauiora procedendum esset. Hinc quando contra *Beneficiatos non residentes* per edictum proceditur, tūc edicta debent esse distincta: [f] & si tertiò peremptoriè citati non comparuerint, nec vltra sex menses ad residentiam redierint, ecclesiis suis priuantur, [g] & patronis datur facultas alios præsentandi. Verùm quando in iudicio agitur, vt iudicialis contumacia inducatur; tunc vno edicto pro trib. citare sufficit; vt hodie apud nos fit: hoc enim casu, peremptorium edictis tribus æquiparatur.

Illud etiam est mente tenendum, circa Literalē personalem citationem, & per Edictum publicum, non solùm ad vnum

[c] *c. vlt. de Elec. in 6.*

[d] *c. cum inhibitio, de clan. desp. c. vlt. & ib. not. qui mart. accu. pos.*

[e] *l contumacia. ff. de re iu. l. tres. C. quo & qu. iud.*

[f] *Io. An. & Abb c. ex tuæ. de cler. non resid.*

[g] *c. ex parte. & d. c. extuæ. eo. tt. & c. quoniâ § porro. vt lit. non cont. & c. 1 Sess 6. de ref. Con. Tri. & c. 1. Sess. 22. de ref.*

actum iudicarium, quem citari posse, sed etiam ad totam causam, puta. *vt cum omnibus iurib. actis, monimentis, compareat vsq; ad sententiam inclusiue.* Et talis citatio afficit citatum, vt non possit recedere à loco iudicii, nisi procurarore sufficienter instructo emisso. [h] Consulunt tamen Doctores, [i] vt cogatur pars vagabunda eligere locum, in quo possit citari ad singulos actus. Et quoniam citatio per edictum fieri non debet, nisi per probationes cõstiterit de non tuto accessu; ideo is, qui de facto citat non facta probatione, in termino iurabit; quòd personam citandam tuto accedere non potuit, vel apprehendere: & stabitur iuramento tali secundùm Aegidium. [k]

h *Abb. c. auditis de Procur.*

i *Bart. in Extr. Ad reprimendũ. Quom, in crim. læs. mai. ver. edictũ.*

k *Aegi. Conc. 319. de iudi.*

De Executione Citationis, & eius effectu.

C. XIIII.

CITAtione obtenta, & per Actuarium expedita, citatio deferri debet ad eum locum, in quo reus degit. Et habito accessu tuto, executor faciet executionem intimando citationem, eamq; legẽdo, copiam relinquendo, [a] & personam, prout mandatur, citando: de quib. omnib. talem faciat fidem.

a *Clem. causam de Elec. Cassan. dec. 1. de App.*

Ego N. Plebanus &c. personaliter accedens Discretũ N. secundùm formam mandati præsentis, & tenorem citationis, citaui tali die, ad instantiam N, vt compareat coram tali iudice in tali causa per se, vel procuratorem suum, iuxta prẽsentium literarum continentiã. *Vel breuius*: Recognosco me publicasse & intimasse, & fideliter executum esse præsens mãdatum, citando personam intrò contentã, prout mãdatur. & copiã citationis eidẽ reliqui.

De Copia relinquenda, tenent quidam, quòd executor non teneatur eam dare nisi citatus petierit. [b] Cõsulitur tamen semper esse relinquendam, etiamsi nõ petatur: [c] alias enim non arctatur

b *in d. clem. causam.*

c *gl. in p. si petita. d. clem.*

ctatur reus ad comparendum: & si procederetur in vim talis executionis, esset nullitas. [d]

d *Vestr. lib. 4. v. 3. Spec. § tam. de cit.*

Vtiliter etiam executor faciet, si expresserit, quam formam executionis secutus fuerit: V. g. *quia personaliter accedens*, &c. vel, *quia per publicum edictum*, &c. & hoc ideo faciet, ne obscura & incerta maneat sua executio. [e]

e *Aeg. conc. 200 de re iudic.*

Sed quis sit effectus Citationis, dicere restat.

1. Effectus est. Quia per citationem perpetuatio iurisdictionis fit, quod de iure [f] Canonico indistinctè procedit, licèt ab eo Ius Ciuile dissentiat, [g] quòd à Litiscontestatione iudicium inchoari putat. Hinc Delegatus Papæ [h] citatione facta, ante obitum delegantis, lite verò contestata, post mortem, potest & debet in causa procedere, tenebitq; quòd iusticia fuerit prẽuia deffinitum. Idem fit per Citationem Ordinarii; & declinans forũ, ob mutationẽ domicilii, nõ habet ius reuocãdi forũ. [i]

f *c. gratum. c. relatum. ext. de off. del.*

g *Aut. de Litigios. § omniũ.*

h *d. c. gratum.*

i *c. proposuisti. de for. comp. & l. cum quædam ff. de iur. om. iud.*

2. Quia post Citationem emanatam & executã, locus datur prẽuentioni. [k] qui effectus est vtilis propter *accumulationẽ fori* in multis iudicib. ẽquè ordinariis. Hinc, si spectet animadversio in Clericos, ad ARCHIdiaconum vel DECanum, & puniti fuerint, vel citati de aliquo crimine; super eodem, non possunt conueniri coram Episcopo. Hoc tamen cessat *in fori gradualitate*. Hinc licèt Archiepiscopus non debeat prẽuenire Suffraganeũ suum in cognitione causarum subditorũ suorum; tamen cognoscit de iisdẽ, quando gradatim ad eum appellatur. [m]

k *Io. Andr. c. cũ plur. de off. del in 6. ib. Abb. not. 5*

l *gl. c. pastoralis ext. de off. ord. ver. inuitum, & c. causæ omnes. Sess. 24. in Con. Trid.*

3. Quia per Citationem litispendentia inducitur, & propterea post Citationem, nihil est innouandum in causa: quod verum est, si citatio sit talis, ex qua Reus instrui possit super qua re conuenitur. [n]

m *c. in singulis. de sta. reg. & c. anteriorii 2. q. 6.*

n *vt in clem. 2. vt lit. pendent. Rot. doc. 229. in noc.*

De Comparitione Actoris, & Accusatione Contumaciæ Rei. C. XV.

ADueniente termino ex vi citationis executæ, Actor tenetur comparere coram iudice per se, vel per Procuratorem. Et in primis, citationis executionem, si in scriptis facta sit, habeat oportet. Si verò verbo quis citetur; tunc relationem executoris Actor ad acta iudicii registrari faciat. Quo facto dicat:

℟. D. Ego N. Procurator, & nomine procuratorio Discreti viri O. principalis mei, compareo coram vobis in iudicio, & mandatum meum prout est in actis reproduco, & citationem nuper ad mei instantiam, per vos vel Cancellariam vestram contra N. nec non aduersus omnes & singulos sua communiter vel diuisim putantes, legittimè executam reproduco; accusoque contumaciam Rei non comparentis.

Hanc comparitionem suam curabit *inscribi* **Actor**, ne sit contumax, quo casu grauiter *contra* eum procederetur. Reus enim comparens, & relatione citationis facta, contumaciam Actoris accusaret, & grauiór semper erit contumacia Actoris, quàm Rei. [a] Hinc etiam Actore non comparente, iudex interloquendo condemnabit eum in expensis Reo: [b] veniensque postea non audietur; donec priùs refundat expensas; & cautionem de iudicio sisti faciat. Si tamen neuter comparuerit, tunc contumacia compensatur.

Dicitur autem hoc loco contumax, qui euocatus tribus edictis, vel, vt apud nos fit, vno peremptorio pro omnibus tribus, comparere per se, aut responsalem, contemnit: vel si venit, non obedit; vel sine licentia iudicis recedit. [c] Porrò contumacia in non veniendo, tripliciter committitur: *Verè*, *fictè*, *præsumptiuè*. *Vera contumacia* fit tunc, cùm personaliter, seu in fa-

[a] gl. in c. causam de do. & cont.

[b] c. actor de do. & cont. in 6.

[c] l. tres denunciat. C. quomo. & qu. in. c. causam ext. de do. & con.

in faciem quis citatur, & non comparet. *Euidens* est, quando reus citatus in faciem, contestatur se nolle comparere: vel mox à citatione appellat, quo iam facto testatur se non compariturum. *Præsumpta* seu *dubia* est, cùm citatur quis ad domum, sed non personaliter, vel in valuis Curiæ: quo casu reus non comparens, præsumptus contumax, seu fictus dicitur. [d] Quocunq; ergo modo fiat contumax reus; actor comparens accuset contumaciam eius, & *petat contra eum tanquam contumacem procedi*. Qui articulus, vt meliùs intelligatur, sciendum est, *variè, pro natura causarum, contra reum contumacem procedi*. Si enim est causa ciuilis, & reali actione, contumax ante litem contestatam conueniatur: tunc actori datur *missio in possessionem rei petitæ, ex primo decreto*, causa custodiæ; vt tædio affectus reus, veniat intra annum, & cautionem de lite suscipienda faciat, remque satisfactione præstita, seu expensis refusis suscipiat: [e] quod si verò intra annum non venerit, tunc actor, quasi ex *secundo decreto*, verus erit possessor, & fructus percipiet, salua actione contumaci reseruata, super proprietate. [f] Cæterùm aliter proceditur, si post litem contestatam sit contumax: quando enim liquet de causa, ex testium depositione, instrumentis exhibitis, confessionibus factis; tunc ad definitionem procedendum erit, condemnando vel absoluendo: quando verò non liquet de causa, quia nihil ex supradictis actor produxit; tunc sola possessio adiudicabitur. [g] Si verò actione personali conueniatur, puta de debito; tunc actor accusata contumacia rei mittitur in possessionem rerum mobilium, causa custodiæ: vel in defectu mobilium, immobilium possessio datur, pro modo debiti: [h] & si intra annum non venerit reus; tunc secundi decreti fit interpositio: [i] quo casu docto summariè de debito, procedetur ad venditionem rerum, vel in solutum actori adiudicabuntur pro modo debiti. Sed quia

[d] gl. in clem. vn. de do. & cont. ver. manifeste.

[e] c. quoniam ex. vt lit. non cont. § in aliis. & c. vlt. de eo qui mit. in pos. cau. rei. ser.

[f] vt c. 1. & 2. ex. eo.

[g] c. pront. ib. gl. eo. tit.

[h] d. c. quoniam.

[i] d. § in aliis.

quia in prophanis dictus processus seruatur; in spiritualibus verò, vel mixtis, eo non vtimur: proinde contumax reus potest excommunicari vsq; ad satisfactionem: & in expensis condemnari. Quain re, sic nostri iudices ecclesiastici procedunt. Audita enim Iudex petitione actoris, decernit iudex reum ad finē iudicii esse expectandū: (& hoc verum est, si ad certam horam non sit citatus.) Imminente verò fine Audientiæ, & reo non comparente; apud nos consueuit contumax pronunciari: & decernitur Monitorium contra eundem, per quod monetur, vt actori satisfaciat, vel aliud quid præstet iuxta querelam; aut si satisfacere non vult, compareat causas allegaturus: & additur pœna excommunicationis in tali monitorio. Aliquando sine alio processu excōmunicantur contumaces, & in contumaciam decernuntur decernenda, quæ omnia Notarius extendit.

Anno Die &c. Coram &c. comparuit actor vel procurator, qui mandatum procuratorium produxit, vnà cum literis citatoriis, de quarum executione legitimè docuit: & contumaciam citati non comparentis accusauit; petens per D. iudicem pronunciari contumacem, ac sibi decerni cōtra eundem literas opportunas, quem diutius expectatum ipse iudex contumacem reputauit, & literas contra eum decreuit opportunas.

PROCESSVS CONTRA CONTVMACEM.

QVoniam contemptus contumacibus obesse debet, ne de sua inobedientia populi glorientur: ideò contumacia alicuius exigente, mulctis pecuniariis, & captione pignorum, personarumque vocatione distracta, nil proficientibus: [c] ad neruum disciplinæ ecclesiasticæ, excommunicationem videlicet ipsam, quæ ad continendos in officio populos est valdè salutaris,

[c] *c. 3. Sess. 25. in Conc. Trid.*

lutaris recurrendum est. Quotiescunque ergò executio realis, vel personalis, in quacunque parte iudicii, contra reum fieri nequit; tunc moneatur contumax sub hac forma, & postea excommunicetur, aggrauetur, & reaggrauetur.

MONITORIVM cum EXCOMmunicatione.

BERNARDVS &c. Venerabilibus &c. Noueritis, quia N. citatus a nobis pro tali die, ad instantiam N, non comparendo, meritò pro contumacia sua debuit ex cōmunicari: nos tamen paternè cùm eo agere volentes, eundem per vos monēdum esse & requirendū duximus, prout monemus & requirimus: quatenus infra 10. dies à receptione præsentiū cum prædicto N. componat beneuolè & amicè: verùm si se in præmissis grauatū senserit: eidē ad purgandū se, vel ad causas dandas, cur præmissa fieri non debeant, terminū peremptorium tali die coram nobis assignetis. qui si comparere neglexerit; extunc nos ipsum ob contumaciam eius excommunicamus, quem & vos in ecclesiis vestris ita excommunicatum declaretis & pronuncietis. *Additur aliquando*: Viso tamen prius præsentium robore.

Reo non comparente, vel non satisfaciente, post tale præceptum Robur Monotorio apponitur, seu Declaratio ipsa in forma extraditur: cuius exemplum excommunicato detur. [d]

[d] *c. 1. de sent. excom. in 6.*

DECLARATIO.

BERNARDVS, &c. Honoran. &c. Noueritis quòd quamùis N. pro die datæ præsentium, ad nostri præsentiam, ad instantiam verò N. certis, Monitorii vim citationis habentis, literis, ab Auditorio nostro emanatis, fuerit legitimè & personaliter citatus. Quo quidem termino, die hodierno adueniente, & iam pridem lapso, di-

ctus tamen N. nec per se, nec per suum saltem legitimum procuratorem in iudicio nostro comparere curauerit: vnde contumacia illius id exigente, licèt diutiùs & vltra horam audientiæ solitam expectatum, & non comparentem, meritò, prout iuris fuerat, contumacem pronunciauimus; & ratione eiusmodi contumaciæ eundem excõmunicauimus; prout excõmunicamus in Dei nomine per præsentes. Quare vobis executoribus in virtute S. obedientiæ, & sub excõmunic. pœna mandamus; quatenus prædictum N. superiùs nominatũ, vestris in ecclesiis singulis dieb. Dominicis, & festis, coram plebis multitudine, ad diuina audien. congregata, publicè excõmunicetis, denunciet is, & denunciare curetis, tam diu, donec à nobis aliud Mandatum habueritis.

Dominicis et festis diebus.

Tam diu.

Sic excommunicatus, si sustinuerit sententiam excommunicationis per vnum mensem, tunc eius peccatum per maledictionem aggrauatur: [e] & ratiio est, quia crescente contumacia, crescit & pœna. [f] Potest autem aggrauatio fieri etiam in aliena Diœcœsi, idque virtute Laudi, de quo in Constitu: Sin; Eccle: Gnesnen: lib. 4. de Sent: excom.

1 [e] gl. c. 1. de sent exc. in 6. ver. contemnat: & c. debent. 11. q. 3.

8 Aggrauatio in aliena Diœc. [f] c. quoniam. Vt lit. non cont.

AGGRAVATIO.

BERNARDVS, &c. Salutẽ in Domino, &c. Quia talis excommunicatus à nobis, ad instantiam N, huiusmodi sententiam ratione contumaciæ latam & fulminatam non formidat: ideò nostras excomunicationis literas instãte parte aggrauãdas esse duximus, prout aggrauamus, Christi nomine inuocato, his in scriptis. Vobis executoribus comittentes, & mandantes, quatenus vos eundem sicut priùs excommunicatum, nunc verò aggrauatũ vestris in ecclesiis singulis diebus &c. vt sup. cereis accensis

2 3 Aggrauo

4 Solemnitas Aggrauationis.

3 4 sis, & extinctis, & demum in terram proiectis, campanis pulsatis, in signum inobedientiæ, maledictionis æternæ, denuncietis, & denunciare curetis. Inhibendo sibi, omnia 5 diuina ecclesiastica sacramenta.

Aggrauatus hoc modo Reus, si non curat parere iuri, nec petit Absolutionem; tunc Reaggrauationem iudex decernat ad petitionem partis. Est autem reaggrauatio, prioris sententiæ excommunicationis aggrauatæ, cum speciali prohibitione communionis [g] contra ipsum excommunicatum, & aggrauatum facta grauatio. Eius est hæc forma.

Reaggrauatio extraneos rejicit

[g] arg. c. Statuimus. c. constitutionem de sent. exc. in 6. & c. excommunicatos 11. q. 3.

BERNARDVS &c. Noueritis nos iam dudum excõmunicasse, & pro contumacia aggrauationis sententiam feciss e in N. ad instantiam N. quam cùm idem temere & indurato sustineat animo: ideò vobis mandamus, quatenus eundem vt priùs excõmunicatum, aggrauatũ, nunc verò reaggrauatum quàm primũ publicè vestris in ecclesiis pronuncietis. Inhibẽtes omnibus & singulis parochianis vestris, ne eidem, emendo, vendendo, sal, aquam, ignem, cibum, ministrando, vel alio quoùis modo genere cõmunionis prohibitę participent: alioquin contra ipsos, per sententias excõmunicationis, & alias pœnas, prout iustum fuerit, procedemus.

Quidam iudices solent in eiusmodi Aggrauationibus adhibere illam solennitatem vezt: quòd sacerdotes induti sacerdotalibus vestibus, eunt ad ostium excommunicati, & tres lapides super tectum domus iaciunt, in signum maioris maledictionis.

Si hoc modo Reaggrauatus non posset à Contumacia reuocari, tunc superaggrauatio ex Praxi Consistoriorum nostrorum emanari solebat, per quam cõsanguineis, familiaribus, Affinibus, inhibetur conuersatio cum excommunicato, vt ad

Super aggrauatio.

gremium Ecclesiæ faciliùs redire possit. Sed in simili casu vtilius esset procedere ad *Interdictum Locale*: [h] de iure enim cessatio à Diuinis, indici debet in eo loco, vbi excommunicatus moratur, donec absolutionis munus ei impendatur, iuxtà infrascriptum Processum.

[h] *agr. c. sententia. & c. fr cinicas. de sent. ext. in 6.*

PROCESSVS ABSOLVTIONIS.

FRequenter Censuris innodati ad sinum Ecclesiæ redeuntes, Absolutionis munus impendi sibi petunt, quòd eis concedendum est, cùm miseratio Ecclesiæ nemini gremium suum claudat. [i] In hoc itaque casu Excommunicatus accedere debet ad Excommunicatorem, petens Citationem sibi dari contra partem aduersam, [1] *Aduidendum se à censuris absolui*, [2] *& per partem aduersam de bene obtento doceri*, [3] *processumque reponi*. Quo termino adueniente, pars citata doceat de bene obtento, processumque reponendo, petat sibi priùs satis fieri de expensis, antequam absolutionis munus contumax assequatur. [f] Quo facto, si constett de bene obtento, tunc iudex ante Absolutionem tria faciat. [k] 1. *Cautionem de parendo iuri* ab excommunicato iuratoriam accipiat, scilicet, quòd de cætero mandatis Ecclesiæ parebit. 2. *Expensas parti restituere* iubebit, quas occasione conttumaciæ eius fecit. 3. *Absolutionis* beneficium ei tribuat: quo obtento, habebit iam legittimam personam standi in iudicio, cùm priùs ab omni actu legittimo repelleretur. l Aliquando quoque pars affert cautionem de iudicio sisti: & asserens se satisfacere velle de expensis parti aduersæ, tunc sub forma iuris absolutionem obtinet.

[i] *c. de illis. 11 q. 3*

[f] *Fossa excommunicati. 3.*

[k] *c. cum desideres. ext. de sent. excom. c. ex tenore. c. de cæteros. ib. & lib. 4. cons. fin. de sent. exc. § Forma.*

[l] *d. c. cum desideres. & c. venerabilem. § sunt etenim de Elec.*

FORMA ABSOLVTIONIS SVB *Forma Iuris*,

BERNARDVS, &c. Vel Officialis talis N. Plebano. Salutem in Domino: Quia N. à nobis excommunicatus pro contumacia, ad instantiam N. paratus est die tali stare iuri coram nobis. Vnde ipsum sub forma iuris asoluimus, mandantes vobis, quatenus eundem si absolutum, publicè nuncietis; & prædictum terminum volumus memorato Actori maturè intimari. Datum. &c.

Aliquando etiam consueuerunt nostri iudices excommunicatum per se absoluere & absolutus à vinculo excommunicationis, remittitur ad sacerdotem, ad reconciliandum de peccato inobedientiæ, pro quo fuit excõmunicatus, & Speculator [m] *ponit formam huius absolutionis*, cum Psalmo, Miserere mei Deus. [m] *de Sente. ver. debet.*

Consueuerunt etiam Notarii formam absolutionis dilatare, & extendere, narrando processum habitum, & contumaciæ qualitatem: & alia.

De Comparitione Rei. C. XVI.

MAnifesti iuris est, ex quacunque causa ad Prætorem, vel ad alios, qui iurisdictioni præsunt, in ius vocatum, venire debere: [a] Alioqui si in ius vocatus non ierit, à competente iudice mulcta, pro iurisdictione iudicis, damnabitur. Potissimùm verò coram proprio iudice, seu ordinario eo tempore comparendum est, pro quo quis citatur: quam comparitionẽ, siue per se, siue per responsalem factam, intimet iudici citatus, his, vel similibus verbis. [a] *l. 2. ff. si quis in ius vocatus.*

Rme D. Ego N. vel Procurator, nomine principalis mei, compareo coram iudicio vestro, mandatumq; exhibeo, & peto illud ad acta recipi.

Vbi obseruandum est, Mandati exhibitionem necessariam esse, [b] quòd in se contineat fideiusionem domini, sub hypoteca omnium bonorum: quo si careret Procurator, non admitteretur, peteretque actor in contumaciam rei non comparentis, contra eum tanquam contumacem procedi; quod adeò [b] *gl. in c. mandato. ext. de procur.*

adeò verum est; vt etiamsi procurator, comparens sine mandato, petat sibi præfigi terminum, *ad docendum de mandato*, vtique non audiretur, & principalis eius condemnaretur: [c] Apud nos tamen in defectu mandati, procuratores solent cauere de rato, quòadusque doceant de mandato: quo exhibito, iudex certificatur, quòd iam alibi non debeat vocare reum: sed ad omnes actus procurator, mandatum habens, vocabitur, qui singulas comparitiones suas curet actis inscribi; nec aliter recedat à iudicio, etiamsi actor contumax fuerit: quia Actor postea comparens, diceret eum esse contumacem. [d] Solent autem Notarii hanc comparitionem sic extendere.

[c] gl. in c. mandato. ext. de procur.

[d] c. 1. ext. de iud.

Anno, Die, &c. N. citatus in termino cõparens, diu & sufficienter expectauit, & aduersarii non cõparentis, contumaciã accusauit, & quòd, Actore non cõparẽte, *vel* nihil contra eum dicente, cum licentia iudicis recessit.

Si verò Reus nunc comparens fuit antè contumax, & ideò excommunicatus; tunc non debet absolui, nisi purgauerit contumaciam suam soluendo expensas, ratione contumaciæ per actorem factas, vt suprà, quod verum est; nisi doceat, se iusta de causa, sine dolo, malo, suo, impeditum, comparere non potuisse. [e] Illud etiam addendum est: contra reum priùs contumacem, nunc verò comparentem, in eo statu causam assumi, in quo nunc est: & proinde, si libellus in eius contumaciam oblatus est, vel lis contestata, vel testes producti, vel in causa conclusum, comparens admittetur ad sequentia, non ad præcedentia: quapropter nec exceptiones dilatorias proponere, nec libellum offerre potest: cùm enim absens istis casibus pro præsente habeatur; [f] valet processus contra eum habitus. [g]

[e] c. querelam il. 2. ext. de Procu

[f] c. veritatis ext. de do. & cont.

[g] Spec. eo tt. de comp. rei.

Vtraque autem parte comparente, actor inhærendo citationi factæ, libellum offeret: [h] non vituperarem tamen, si ante libelli exhibitionem, actor summariè narrationem facti præmitteret; vt apud nos sæpè fit: fieri enim potest, quòd reus actoris summaria petitione audita, fateretur se debere, & paratum se dicat soluere; quo casu dabitur terminus ad soluendã [i] pecuniam, &c. Reo autem se defendere volente, omninò erit offerendus libellus, [k] præterquam in causis [l] exceptis; vel nisi antè oblatus sit, in contumaciam rei: qua purgata, si ad nullum alium actũ processum est, copiã producti libelli petet. Si verò paratũ non haberet libellũ actor, & pars comparens, nollet litigare præterquã in scriptis; tunc *verbo poterit dare libellum protestãdo, de latius dando suis loco & tẽpore congruis in scriptis*: Vel poterit Actor petere terminũ *Ad perficiendũ libellum, & ad reproducendum iam perfectum*, qui ei concedetur.

[h] Aut. offeratur C de lit. cont.

[i] l. si debitori. ff. de iudic.

[k] c. 1. ext. de lib. ob.

[l] vt inf. de lib. ob

De libelli oblatione. C. XVII.

QVia post comparitionem rei & terminum assignatum, libellus est offerendus: ideò inuigilare actor debet, de Libello iudicialiter exhibendo. qui tàm propter Actorem, quàm iudicem & reum offertur. [a] Propter Actorem quidem: vt ius suum declaretur. Propter Reum, vt sciat an cedere velit, vel contendere. Propter Iudicem: vt sciat, qualiter ferre sententiam debeat, quæ secundùm petitionem concipienda est. [b] Ante omnia autem actor consideret, habeatné legittimã personam standi in iudicio is, cui offerendus est libellus, de qua re dixi suprà. cap. 5. Et si persona sit legittima, tunc porrigatur libellus, his vel similibus verbis.

[a] Abb. in suo proc. Risb. Reus pet. lib.

[b] d. c. 1. eo. tt.

R. D. In causa N. contra N. ædendo actionem exhibeo libellum, & peto ex aduerso ei responderi ad primã.

Porrò, vt rectè conceptus sit libellus, quinque contineat oportet, quæ his versibus exprimuntur. [c]

[c] gl. d. c. 1.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & à quo
Rectè compositus, quisque libellus habet.

Vel *Conuenti nomen, & nomen conuenientis* Iudicis

Iudicù & nomen scribat, causasq; petendi,
Et quascunq; petet res, istas scribere debet.

Libelli, varia significata.

Variæ autem sunt acceptiones libelli in iure. Et 1. libellus potest descendere à liba libæ: [d] vel libum libi, quod est panis albus. Et in hac significatione præcipit Christianæ religionis plena illa lex, [e] vt Iudices dominicis diebus, productos reos de custodia carcerali videant, & interrogent, ne iis humanitas causis per corruptos carcerum custodes negetur: Victualem substantiam non habentibus, faciant ministrari: libellis duobus aut tribus diurnis, vel quod existimauerint commentariensis decretis, quorum sumptibus proficiant alimoniæ Pauperum &c. Potest etiam significare paruum librum, [f] sicut & codicillus paruum codicem. 2. sumitur pro Tabula, in quo testator fidei commissum scribit. [g] 3 pro supplicatione, quæ principi datur. [h] 4. Pro Epistola assertoria, [i] quam vulgo Credentiam vocant · veluti dum Magistratus pro subdito vel Episcopus pro Clerico scribit. 5. pro scheda appellatoria. [k] 6. pro libello repudii. [l] 7. pro libello famoso. [m] 8. pro scriptura Actoris, prout hic sumitur, & deffinitur sic. *Libellus* est scriptura breuis & ordinata, claram continens intentionem agentis, eamq; parti ac iudici demonstrãs; [n] ex quo patet in omni causa offerendum esse libellum in scriptis, in officio iudicis, quod loco Actionis ponitur, cuius nomen hodie non est necesse exprimere. Cæterùm reperiuntur certæ causæ, in quibus loco libelli sufficit petitio verbalis vel Posta. Et 1 in causis breuibus, modicis, rudium viliumq; personarum, libellus nõ offertur. [o] 2. in notoriis. [p] 3. In causa clerici, absque consensu episcopi, contra ius, res ecclesiæ administrantis, [q] 4. in causis religiosorum. [r] 5. in causis beneficialibus. vsurarum Matrimoniorum, & aliis, de quibus suprà. [s] 6. In causa adipiscendæ possessionis ecclesiæ, ad quam quis est inuestitus

d gl. in l. indices C. de Episcop. aud.
e d. l. indices.
f Situ. in sum. ver. libellus.
g l. 1. ff. de tab. exhi.
h C. qu. li. princ. dat.
i l. si publicanus ff. de publi. & vect.
k l. 1. ff. de appel. § vlt.
l l. si pænituit. ff. de diuor.
m C. de famo lib
n sta Cyn. d. aut. offeratur.
o Aut. nisi breuiores. C. de sent. ex bre. recit.
p c. ad nostram. de iureiu.
q c. ad aures. de excess. præl.
r c. vlt. ext. de stat. monach.
s de diu iud. ve. extraord.

Definitio Libelli.

Verbalis Actio in causis pluribus exercetur.

Pfol. 6. lin. 2.

tus, sed propter impotẽtiam [t] non potest eam adipisci: quo casu extraordinariè est implorandum officium iudicis. 7. In causa duorum possessorum eãdem rem se possidere prętendẽtium, & libellum se offerre negãtium, ne alter alterum fateatur esse possessorem: quo casu ad probationes est veniendum absq; libello, ne partes prosiliant ad arma, [u] & clariùs probanti res adiudicabitur: interim vsu eius vtriq; parti interdicto. 8. In causa per transactionem, sententiam vel compositionem sopita, vltra quos exceptuatos casus addit plures Speculator [x], hic verò expressi sunt magis communes.

t constitutiõ. il. 2 ext. de Appell.
u arg. l. æquissimum. ff. de vsuf. 8.
x § nunc videndum. ext. de lib. concep.

DIffert autem Simplex petitio à Posta: quia *Posta* [y] est scriptura ad modum memorialis breuiter concepta, continens intentionem actoris, redacta apud acta. *Petitio* verò est, quæ verbaliter proposita redigitur in scriptis apud acta. Et hic considerandũ est, Libellum, de quo agimus, duplicem esse: quidam est *Conuentionalis & Postulationis*, qui in ciuilibus causis datur. Quidã *Accusationis*, qui in Criminalibus offertur. Quę verò sit forma Libelli, ex dictis versib. patet: quos, si non placuerit alicui in Libello formando sequi; tunc illam teneat viam in Libello formando, quam Dialectici seruant in Syllogismo conficiẽdo. *Quod enim apud Dialecticos est Syllogismus, hoc apud Iure consultos* [z] *Libellus.* Nam interuenit in eo *Maior, Minor, Propositio, & Conclusio.* Lex seu Canon, ex quo Actio alicui competit, Maioris vicem habet. Narratio seu species facti Minoris loco ponitur. Petitio ex præmissis facta, pro conclusione est.

y Ioan. Aurbach in proces. in. fol. 42.
z Bart. & Ias. l. 1. ff. de Eden.

Posta quid?

Petitio quid?

Diuisio Libelli

Forma Libelli fiebat per Syllogismum.

Lex

Narratio

Petitio

Exemplum tale esto. Canon seu Constitutio Synodalis, Prouinc. Gnesnen. disponit. Ne Clericus Clericum impediat in iure decimandi sibi competenti, sub pœna dupli. Sed P. Abbati rapuit decimam, sibi competentem: petit igitur Abbas, dictum P. in pœna dupli

condemnari. Quemadmodum autem apud Logicos variæ sunt argumentationis species, ita apud Iure Consultos, diuersæ sunt Libelli formæ. Quidam enim simplicem scribunt libellum seu absolutum; & isti instar Enthimematis concipiunt libellum hoc modo. Presbyter Parochialis impedit Abbatem in decimis. Ergo condemnari ei debet. Quidam Articulatum seruant, & isti perfectum Syllogismum conficiunt. MOS CVRIÆ NOSTRÆ vtrumque seruat. Sed expeditior est Articulatus: quia lite contestata, quã do proceditur ad Articulandum; tunc POSItiones & ARticuli repetuntur ex eo diuisim. In ABSOluto verò LIBello hoc non fit: quia licèt casus seu factum benè narretur; tamen postea Articuli sunt dandi. Res hæc tota, vt notior sit exemplo, vtriusq; libelli formam ponemus, efficta priùs specie facti, occasione cuius iudicialis hic Processus est conscriptus.

CASVS. Lite exorta inter Abbatem in N. & Pleb. in O. occasione raptæ decimæ, quam intra limites Parochiæ Pleb. occupauit. Abbas traxit eundem P. in ius. Et Abbas quidem fundat intentionem suam in Priuilegio quodam speciali, & præscriptione vsuq; decimandi pacifico. Parochus verò sese defendendo fundat intentionem suam in iure communi. Et quia diuersis allegationibus, maximis dubiis occasionem dederunt, ideò priùs coram Episcopo Crac. tàm possessorio iudicio, quàm petitorio suprà dicta Decima vtraque pars experitur: deinde per viam appellationis coram Archiepisc. Gnesnẽ. causa vertitur: vltimò tandem coram Delegato Iudice à sede Apostolica agitatur.

FORMA CONVENTIONALIS
Libelli simpliciter concepti.

Coram vobis R^mo D. Episco Crac. Procur. & nomine Pro-

ne Procuratorio, D. Abb. in N. ac eius Conuentus, suo, & monasterii sui nominib. contra & aduersus quendã P. Parochum in A. & contra quamcunq; personam pro ipso, vestro in iudicio, interuenientem, graui cum querela proponit, & dicit. Quòd quamùis omnes & singulæ Decimæ manipulares, campestres, diuersi grani, seu seminis, scilicet, tritici, siliginis, auenæ, hordei, pisæ, cæterarumque frugum, & sementorum, post agros omnes, & singulos, tàm prędiales Nobilis P. quàm Sculteti, & Cmetonum, in Villa N. vicina oppido I. à multis consueuerunt temporib. spectare & pertinere, ac spectarunt & pertinuerunt ad Abbatem dicti Monasterii, & eius mensam, hodieque spectant & pertinent, tàm de iure specialis cuiusdam Priuilegii, quàm consuetudine præscripta, idque in solidum, fueruntque in earum possessione omnes prædecessores dicti Abbatis, cum Conuentu suo, semper quietè & pacificè dictas Decimas manipulares & campestres percipiendo, leuando, colligendo, ac eas sępè sæpius collegerunt, & leuârunt, & de ipsis secundùm libitum, & voluntatem ipsorum Abbatum, & Cõuentus, disposuerunt, in vsus proprios conuerten. prout etiam modernus D. Abbas deberet percipere, & leuare easdem, & de ipsis disponere: Nihilominus tamen prædictus Plebanus, aduersarius D. Abbatis in hac causa, qui nunquam easdem percipiebat Decimas, sed tantùm occasione administrationis Sacramentorum Parochianis dictę Eccl. certum censum, seu pensionem, pro quolibet parochiano dictæ Ecclesiæ, vczt. quatuor Marc. percipiebat, & habebat, de & super dictis decimis se opposuit, & opponit, impediuit, & impedit; fecitq; ac facit, quo minus D. Abbas dictas decimas percipere & colli-

gere poſſit, ipſaſq; neſcitur, quo ductus ſpiritu vſurpauit, & intruſit ſe, & intrudit ad eaſdem; ac ipſas prætextu intruſionis, & vſurpationis, à duob. annis detinuit, & detinet, indebitè occupatas, & minus iuſtè in animæ ſuæ periculum, dictiq; D. Abbatis, & ſui Monaſterii, præiudiciũ non modicum, & grauamen. Petit igitur dictus Procurator, nomine, quo ſuprà, per R. P. V. ſentẽtiam difinitiuam dici, decerni, pronunciari, & declarari, omnes, & ſingulas decimas, manipulares, & campeſtres, ex quibuscunq; granis, frumentis, ſeminibus, infra fines, & limites dictæ Villæ ſitæ, intra Parochialem Eccleſiam N. tam poſt agros prædiales Nobilis P. excreſcentes, quàm etiam omnium & ſingulorum Sculteti, & Cmetonum eiuſdem villæ, ad Prędeceſſores D. Abbatis, & ſuum Conuẽtum, à temporibus legitimè præſcriptis, & ſuprà deductis pertinuiſſe, & ad ipſum D. Abbatem *modernum* pertinuiſſe, & ſpectaſſe, pertinereque & ſpectare, tàm de Priuilegio ſpeciali, quàm conſuetudine præſcripta, prædictoque D. Abbati dictas decimas, cum omnib. iurib. & pertinentiis ſuis adiudicandum fore, & per vos adiudicari debere. Prædicto verò Plebano aduerſario, in dictis decimis nullũ ius competere, ſed *ratione adminiſtrationis* Sacramentorum, pro quoũis Parochiano dictæ Eccleſiæ, quatuor Marc. habere; iniurias verò occaſione decimarum factas, damna, præſtitas, & præſtita fuiſſe, & eſſe temerarias, illicitas, iniuſtas, temeraria, iniuſta, & de facto præſumpta, eidemq; Plebano de & ſuper occupatione, detentione d. decimarum, oppoſitionib. intruſionib. vſurpationib. detentionib. & impedimentis perpetuum ſilentium imponendum fore, & per vos imponi, ipſum ab occupatione, detentione decimarum amouendum, & per

per vos amoueri. Præfatum verò D. Abbatem, in realem, actualem, & corporalem poſſeſſionem, dictarum decimarum inducendum fore, & per vos induci, prædictum Plebanum, in prædictis decimis, à tempore intruſionis, perceptis, & in expenſis, in hac cauſa coram vobis propterea legitimè factis, cõdemnando veſtra ſententia ad præmiſſa, & iuſtitia mediante, Prædicta, & quodlibet eorum coniunctim, & diuiſim, vnà cum expenſis, actis & factis, ac fructus tempore litis percipien. ad probationem neceſſariam, & non vltra ſe aſtringens: idem procurator petit, Saluo iure adden. & minuen. corrigen. &c. Et proteſtatur etiam de his, quæ ſunt moris & ſtyli.

FORMA LIBELLI ARTICVLATI.

Coram vobis, R^mo D. &c. Procur. D. Abbat. contra & aduerſus quendam Venerabilem Plebanum, & contra quamcunque perſonam legittimè pro eo interuenientem, dat, facit, exhibet, & producit poſitiones, & articulos infraſcriptos, per viam & modum articulati libelli, ac ſummariæ petitionis coniunctim & diuiſim, narrati uè & diſpoſitiuè, aliiſque melioribus modo, iure, forma ac via, quibus poteſt & debet: petens eiſdem ſingulariter, ſingulis per partem aduerſam, medio iuramento reſponderi: qui ſi negati fuerint, petit, ſe, & partem ſuam ad probandum admitti: propter hoc tamen, non aſtringens ſe ad aliquam ſuperfluam petitionem, ſed duntaxat ad ea, quæ ſibi ad præſentis cauſæ victoriam ſufficiunt obtinendam, de quo ſolenniter proteſtatur.

Imprimis dicit & aſſerit, ponit & probare intendit, quòd à 20. 30. 40. 100. 200. citra & vltra annis, & à tempore, & per tempus, cuius initii ſeu contrarii hominum memoria non exiſtit, Ciuitas Crac. habuit, & habe

re conſueuit, ac hodie habet Eccleſiam Cathedralem & Epiſcopalem, ac Epiſcopum pro tempore, & certam limitatamq; Diecœſim. Et ſic fuit, &c.

Item, quòd in dicta Diecœſi, ac infra ipſam fuit eſſeq; conſueuit temporib. ſupra ſcriptis, ac hodie eſt quoddam ſolenne oppidum I. vocatum à multis diuerſis perſonis vtriuſque ſexus populatum & habitatum, habens certũ ſuum tenimentum diſtinctũ ab aliis territoriis, &c.

Item, quòd in dicto oppido, & infra ipſum, fuit eſſeque conſueuit temporib. ſuprà dictis, & per ipſa tempora ac hodie eſt, quoddam ſolenne Monaſterium Sanctorum P. & P. communiter nũcupatum & appellatum, habens Abbatem pro tempore, prout caput, & nonnullos Monachos, prout membra, Conuentum ex ſe facientes. Et ſic &c.

Item, quòd quędam villla N. ſpectans ad dictum oppidum, quod ſubiectum eſt Monaſterio, conſueuit temporib. ſuprà dictis habere prædium militare, Scultetum, & Cmetones Et ſic, &c.

Item, quòd in eadem villa N. conſueuit eſſe per dicta tempora, & hodie eſt Eccleſia Parochialis S. communiter appellata.

Item, quòd omnes & ſingulæ decimæ frugum, tritici, ſiliginis, auenę, quæ in ipſis limitib. villæ creuerunt, & creſcunt de more, vſu, conſuetudine, obſeruantia, legitimè præſcriptis, & inconcuſſe & inuiolabiliter obſeruatis etiam temporib. ſuprà dictis, ac per omnia tempora, ſaluis infrà dicendis, conſueuerunt ſpectare, & pertinere, ac ſpectarunt, & pertinuerunt ad Abbatem pro tempore dicti Monaſterii, ac hodie ſpectant & pertinent in totum & in ſolidum. Sicque, vt dicitur, fuit tentum, actum

ctum, putatum, creditum, & hodie putatur palam, publicè, notoriè, &c.

Item, quòd D. Abbates, qui pro tempore fuerunt, eſſeque conſueuerunt, dictis temporibus ſoli in ſolidum. Et hodie D. Abbas eſt ſolus in ſolidum, de vſu, more, in poſſeſſione, vel quaſi pacifica & quieta iuris percipiendi, exigendi, leuandi & habendi; ac ſucceſsiuè exigerunt, leuarunt, & habuerunt: nec non percepit, leuauit, & habuit dictus Abbas tempore ſuo, dictas decimas frugum, dictæ villæ, idque tàm poſt prædium Militare, quàm agros Sculteti, & Cmetonum. Et ſic fuit, &c.

Item, quòd de eo eſt fama, & credulitas hominum, & publica vox, &c:

Item ponit, quòd Rector Parochialis Eccleſiæ, qui pro tempore fuit in dicta villa N. de vſu, conſuetudine, obſeruantia, legitimè ſeruatis ſuprà ſcripto articulo contentis, pro quolibet Parochiano, quatuor Marcas pro miniſtrandis Sacramentis Eccleſiaſticis, puta baptiſmalib. confeſſionib. Extremis vnctionib. conſueuit, & debuit percipere, & debet ſingulis annis, loco decimæ. Et ſic, &c.

Item, quòd licèt Anteceſſores, & ipſe modernus Plebanus perciperet dictas Marcas, pro quolibet incola, & parochiano ſuo Eccleſiæ: tamen dictus Plebanus Anno, &c. & poſtea ſubſequenti alio, quib. tales decimæ debebant ſolui, ſeu ipſe D. Abbas mandabat ſolui, recipi & exigi de facto, cùm de iure non poſſet, ſe oppoſuit, iactans ad ſe pertinere decimas. Et ſic, &c.

Item ponit, quòd mandauit & inhibuit omnibus Parochianis, ne ipſi darent & ſoluerent decimas: ſuper quo, cùm multoties Abbatem vexaſſet, moleſtaſſet,

nunc

nunc etiam vexat, molestat, perturbat. Et quod deteriùs est, ab hominibus dictæ Parochiæ vltra dictas Marcas percipit in animæ suæ detrimentum, plùs quàm debuit, & præter morem id fecit.

Item, quòd ob dictam inhibitionem reddunt se difficiles iidem villani in dandis decimis, & sæpius recusarunt, recusant & negant eidem Abbati de decimis respondere, in magnum suum præiudicium.

Item, quòd occasione istius molestationis, inhibitionis, detentionis, vocatus est in iudicium. De quibus omnibus publica est vox. &c.

Petit igitur vt supra. Et prædicta, &c.

Saluo iure &c. Et protestatur.

Hę itaque sunt libellorum formæ hodierno vsu comprobatæ, quas variare per omnium actionum species non est difficile: modo Actor diligenter perpendat actionem, quam instituere velit: & quia hic Processus noster non potest capere omnium libellorum formas, vt faciliùs hæ concipiantur; nonnulla de Actionibns trademus, & qualiter hic totus Processus in actis conscribendus sit, dicetur infrà.

De Actionibus C. XVIII.

Actio, nihil est aliud, quàm *ius persequendi in iudicio, quod* sibi debetur. [a] Hæc nascitur aut ex obligatione, sicut ex matre filia, & vocatur *Personalis*. aut ex rei detentione, & vocatur REALis. *Personalis est*, quæ & *Condictio* appellatur, per quam cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad aliquid dandum, vel restituendum, vel faciendum. [b] & hæc *inducitur quatuor modis* [c] 1. *Ex contractu*, veluti venditionis, locationis, mutui, societatis, mandati. 2. *Ex quasi contractu*, veluti est actio negotiorũ gestorum, tutelę, communionis, solutio indebiti

[a] *vt in Inst. tt. eo*

Personalis Actio 4 fit modis.

[b] § Sic et a.s. Ins. eo.

[c] § omnium. Ins. eo.

debiti. 3. *Ex delicto*, veluti est actio furti, damni dati, rapinæ, iniuriarum, &c. 4. *Ex quasi delicto*, veluti est in iudice malè iudicante, in proiicięte aliquid è cœnaculo, vel in effundente aliquid quod alicui noceat: idem dic de nautis, cauponibus, stabulariis, qui ex quasi delicto recepta restituunt.

REAlis est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus, & semper aduersus eum est, qui rem possidet. Et quia duplices sunt res, corporales, & incorporales: ideò aliæ sunt actiones rerum corporalium, aliæ incorporalium. *Corporales res sunt*, quæ tangi possunt: vt equus, vestis, domus, &c. *Incorporales sunt*, veluti iura, seruitutes. Quoties ergo pro re agimus, quæ ab alio possidetur; tunc datur *Reiuendicatio* vtilis, vel directa: item *Publiciana*, quæ datur ex iure Prætorio pro re nondum vsu capta: item *Seruiana*, quæ datur Domino fundi in rebus coloni, quæ iure pignoris pro mercede fundi obligatæ sunt; vel quasi Seruiana, quam *Hypotecariam* dicimus, quæ datur creditori ad pignora sua persequenda: quando verò pro seruitutibus agimus, tunc datur *Confessoria*, & *Negatoria*. Sunt autem duplices seruitutes, *Personales*, & *Prædiales*. PERsonales sunt, *vsus fructus*, *vsus*, *habitatio*. PRÆdiales duplices sunt, *Rusticæ*, & *Vrbanæ*. RVSTicæ sunt, veluti *iter*, *via*, *actus*, *aquæductus*. VRBanæ, vt *altius tollendi*, *tignum immittendi*, *proiiciendi*, *protegendi prospectus*. [d] Sunt etiam aliæ actiones *Ex iure ciuili*, aliæ ex *prætorio*. Ex iure Ciuili sunt duplices in rem & personam vt suprà. EX IVre prætorio, similiter vel in rem sunt, vel in personam. In rem veluti *reiuendicatio*, *Publiciana*, *Seruiana*, *Pauliana*, quæ datur patrono ad reuocanda ea, quæ libertus in fraudem egit. *Pauliana*, quæ datur creditori ad reuocanda ea, quæ debitor in fraudem eius alienauit: *Caluisiana*, quæ datur tàm creditori quàm patrono, quæ in fraudem eorum libertus egit. &c. IN personam, veluti *de Constitu-*

Reali Actio multiplex.

De Seruitutibus.

[d] *vt. Inst. de seruit.*

stituta pecunia, de peculio, in Factum de iureiurando, in Corrumpentem album prætoris, in Vocantem patrem in ius, in Vi eximentem in ius vocatum, In factum de calumniatoribus, quod metus causa, furti manifesti, serui corrupti, de effusis, eiectis, appensis &c. quæ diuisio ideo scienda est, quia ciuiles actiones etiam post annũ exerceri possunt, vsque ad 30. annos vel 40. prætoriæ saltem ad annum. [c] Quia ergo iuxta qualitatem actionum singularum, aliter libellus est faciendus; ideò de his apud Iustinianũ est videndum: [f] Qui plenè diuidendo actiones, alias esse dicit *Rei persequendæ causa*, alias *pœnæ persequendæ*, alias *mistas*; item alias esse in *Simplum, duplum, triplum, quadruplum*: Alias *bonæ fidei*, & *stricti iuris*. Nos quò ad institutum nostrum attinet, quid agendum sit reo, libello per actorem oblato, tradamus.

[c] *Inst. de perp. & tem. act.*

[f] *Inst. de Act.*

De petenda copia Libelli, cum termino ad deliberandum C. XIX.

LIbello oblato & porrecto iudici per actorem vel eius procuratorem, iudex vel notarius tenetur de iure offerre eum reo: [a] quem quidem de iure non tenetur reus simpliciter, & statim recipere, nisi priùs duplicem faciat Actor Cautionem. [b] Vnam quidem, *quòd intra duos Menses litem contestabitur. Et quòd omne damnum ei, qui conuenitur, si aliquod passus fuerit, in duplum restituet. Alteram, quòd per se, vel legittimum Procuratorem causam aget vsque in finem: & si conuictus fuerit iniustè mouisse litem, præstabit decimam partem rei petitæ.* Si verò talem Cautionem fideiussoriam, *de iudicio sisti, & iudicato soluendo*, facere non posset, nec pignora habeat, & non fuerit possessionatus; tunc *iuratoriam cautionem* præstabit. Quę omnia licèt iura fieri præcipiant, *aliter tamen hodie consuetudo seruat*: statim enim post libellum oblatum, pars copiam petit cum

[a] *l. Aut offeratur. & Aut. qui semel. C. quom. & quan. index.*

[b] *c. inducię § libellum 3. q. 3 & Aut. generaliter C. de Epis & c. ri. Spes. de Satis.*

cum termino ad deliberandũ, quæ inducię de iure ei debentur ad spatium 20. dierum: [c] secus enim, esset Processus nullus: quia sunt de substantialibus iudicii. Hoc tamen dictum tunc procedit, quoties Reus ex Citatione instrui non potest, super quo conuenitur: veluti si generaliter quis citetur, Ad videndum & audiendum contra se proponi quærimonias Sempronii: ex hac enim Citatione instrui conuentus nequit, super qua re conueniatur; & petenti terminum concedi ad deliberãdum, petitioni eius defferretur; præsertim in magna causa. Secus verò fit, si reus certioraretur per Citationem, super quo respondere debet: extunc enim sine induciis respondebit: [d] in qua re cautè Actores procedant, specificando in citatione, qua de re accusare intendunt, si cupiunt statim sibi responderi.

[c] *d. aut. offeratur. & c. præterea extra de dilat. vbi gl.*

[d] *d. gl. c. præterea de dilat.*

Quoties verò terminus ad deliberandum parti concedetur, tunc sciendum est, quòd iudex tempus abbreuiare potest secundùm qualitatem causæ, personarum, & locorum. Et hoc ideo fit: quia licèt detur terminus ad deliberandum ad viginti dies à iure; ministerio tamen iudicis datur, à quo potest abbreuiari tempus, vt diximus. Aliter verò est, quoties termini dantur à lege, & ministerio legis: veluti si quis grauaretur, per aliquam sententiam; tunc habet decem dies à lege ad appellandum, idque sine ministerio iudicis; sed legis ipsius beneficio: & talem terminum dierum iudex non abbreuiat. Dato itaque termino ad deliberandum, Notarius hæc omnia sic conscribet in Actis: Anno Die &c. Coram N. comparuit talis principalis, vel eius Procurator, & libellum in scriptis obtulit infràscripti tenoris. Ex aduerso verò N. Principalis, vel eius procurator, coram prædicto D. iudice, eo adhuc sedente pro tribunali comparens, prædicti libelli copiam decerni, & terminum competentem ad deliberandum sibi postulauit per ipsum R. D. Iudicẽ assi-

assignari, cui ipse D. iudex, copiã libelli fieri, & sibi dari per me Notariũ decreuit, inducias petitas sibi concedendo. Si verò iudex præfixerit terminum ad proponendas omnes dilatorias exceptiones, vel terminum assignauerit ad respondendum libello; tunc notarius scribet. Tali die respõdebitur pro parte ipsius rei, libello: vel ponentur omnes exceptiones. &c. Data & acta sunt hæc. &cætera.

Qualiter Reus debet se habere in deliberando C. XX.

OBTentis induciis, Reus debet consulere Peritum aduocatum super libello. In deliberando verò hanc viam teneat. [a] In primis videat, si realis instituitur actio contra se, & si rem non possideat, super qua conuenitur: tunc veniat in termino statuto à iudice, dicendo se non detinere, nec possidere rem in libello petitam: & tunc expeditum erit negotium, & res dimittetur. [b] Quòd si verò conuincetur mendacii, & actor docuerit reum possidere, tunc amittet commodum possessionis, & in actorem transferetur. [c] Sed si alieno nomine dixerit se possidere, tunc nominabitur dominum. [d] Si autem proprio nomine possideat; tunc videat, velitnè cedere liti, ac se defensioni offerre. Si contendere velit; tunc consideret, habeatnè aliquas exceptiones contra actorem, vel procuratorem, vel contra libellum, vel eius formam. Vt autem facilius instruatur reus in excipiendo; varias species earum collegimus, de quibus titulo sequenti.

[a] *Spec. de Act. & pet. § in anterioribus.*

[b] *c. pen. de excep c. Abbate. de re ind. in 6.*

[c] *l. fin. ff. de reiuen.*

[d] *c. quoniam, § quod si. ext. vt lit. non cont.*

De Exceptionibus C. XXI.

EXCEPTIO, de qua nobis tractandum est, est quędam defensio, qua se intendit Reus defendere, tàm contra Actorem, quàm contra Iudicem; vel est Actionis, vel Intentionis

nis exclusio. [a] Hæc triplex est. *Dilatoria, Perẽptoria, Anomala.*

[a] *Io. And. in Rub: de excep.*

DILATORIA est, quæ differt iudicium, & causam principalem impedit, euenitque, tàm ex parte Iudicis, quàm ex parte Iurisdictionis eius: & ex parte Actoris, vel Procuratoris eius: & ex parte Loci, Temporis, Fori, Solutionis: & hæc dilatoria semper à principio poni debet, [b] cuius Exempla subiiciuntur infrà. Possunt autem omnes iudices, siue ordinarii sint, siue delegati, siue subdelegati, secundùm canones recusari: [c] & quia specialiter suo loco dicetur de Delegato: obiter de ordinario agamus.

[b] *c. inter monasterium de re iud. vbi Abb. idem tradidit Bart. in l. quidam consulebant. ff. eo.*

[c] *Si quis contra de fo. comp. c. cũ speciali. de appel.*

ORDINARIVS itaque recusari potest, aut *Ratione Causæ*, aut *Respectu Actoris & Rei*, aut *Intuitu Personæ propriæ*, aut *Ratione Iurisdictionis.*

RATIONE CAVSæ, *incompetens est Ordinarius.*

Si agatur de Priuilegio Papæ: nam de tali causa inferior cognoscere nequit. [d]

[d] *C. cum venissent ext. de iudi.*

Si causa sit Feudalis, de qua Dominus Feudi cognoscit. [e]

[e] *c. 1. § vlt. de proh. feud. alienat. de Feu.*

Si causa sit Postulationis, Electionis Abbatum, qui non Professi, nec regulares postularentur, [f] tales enim ipse tantùm Papa admittit. [g]

[f] *c. inter quatuor ext. de Relig. domib. & Conc. Trid. Sess. 14. c. x. de Refor.*

[g] *vt in Rub. de Postul.*

Si causa sit, de qua Laicꝰ & Sęcularis iud. iudicare debeat. [h]

[h] *c. Si clericus laicum ext. de fo. comp.*

Si causã cõsimilẽ habeat, tũc enim vt suspectus recusatur [i]

[i] *c. causam ext. de iudi.*

Si causa Criminalis fuerit, & in Quadragesima instituatur: hodie tamen aliter seruat consuetudo, & est derogatum huic exceptioni. [l]

[k] *l. quadraginta C. de feriis.*

[l] *gl. d l. quadrag*

RATIONE *Actoris, & Rei, incompetens est Ordinarius.*

Si Actor sit de foro Ordinarii, Reus verò non, [m] Actor enim sequi debet forum Rei.

[m] *d. c. si clericus*

Si per metum consensit, in Ordinarium pars altera. [n]

[n] *l. si per errorem ff. de iur. omni. iud.*

Si consensum præstitum, in Iudicem reuocant partes. [o]

[o] *l. si conuenerit ff. eo, vt sup.*

Si Actor & Reus fuerint Laici, tunc enim non nisi in ex-

ceptis casibus, Ordinarius iudicare potest, [p] vt de Sacrilegis & vsurariis dicitur,

Si Reus eo tempore, quo citatur, sit in Magistratu, [q] quia citari nequit.

RATIONE *Personæ suæ, iudex Ordinarius recusatur.*

Si fuerit suspectus, [r] tunc enim arbitros deputare debet Episcopus: & si probata fuerit suspicionis causa legittima; ex recusatoris consensu causam committet, vel ad superiorem remittet: in defectu verò probationis, Ordinarius vtetur iurisdictione sua, in re principali. secus sit in *Officiali* : quia causa suspicionis, probanda est coram Episcopo, [s] & eo cuius est officialis. Si sit excommunicatus.

RATIONE *Iurisdictionis, Ordinarius incompetens est,*

Si extra Diecœsim suam aliquem manentem iubeat citare: tunc enim citatio talis, non habet arctatiuum effectum meę personæ: nec poterit me tãquam contumacẽ excõmunicare. [t]

Si in aliena Diecœsi contractus sit factus, & in alia contrahens habeat domicilium.

Si non intra Diecœsim Citatio contra aliquem decernatur: tunc enim extra territorium ius dicenti, impunè non paretur. Hinc si Episcopus Crac.. mandet aliquem citare, & scribatur, Datum Varsauiæ; non valebit *illud* præceptum, nec actus Citationis. [u]

Si sit Pedaneus Iudex, minores causas cognoscẽs. Cuius loco in Foro Spirituali, sunt *Officiales Foranei, & Decani Rurales*, qui leues causas cognoscunt, & ad certam summam.

Contra Actorem Exceptiones Declinatoriæ istæ opponuntur.

Quod sit infamis, [x] excommunicatus, [y] Hæreticus, [z] Possessionis meæ spoliator, [a] Contumax, Minor viginti quinque annorum, [b] qui sine tutore agere nequit.

[p] *c. cum sit generale ext. de fo. comp.*

[q] *vt sup. c. 5. in fi*

[r] *Si quis contra de fo. comp. & c. cum speciali de appell.*

[s] *c. si contra. de off. iu. del. in 6.*

[t] *c. 1. §. contrahentes vbi gl. de fo. comp. in 6.*

[u] *d. glo c. 1. § Contrahentes in fi.*

[x] *L. famosas, L. Iudices. de infam*

[y] *c. cum inter priorem. c. dilecti. ext de excep.*

[z] *c. fin. ext. de hæret.*

[a] *c. 1. de restit. spol.*

[b] *L. 1. & 2. C. qui legit pers. stan. in iud. hab.*

LIMITANTVR prædicta de Minore 25. annorum in certis casibus.

1. In voto [c]
2. In Thoro violato. [d]
3. Cùm mortem patris exequitur, [e] vel cùm agit de testamento patris.
4. Cùm agit de recuperanda possessione, [f]
5. Cùm impetrauit veniam ætatis, [g]
6. Cùm agit negotia alterius, vel quando est causa matrimonialis [h]

[c] *c. 1. & 2. 20. q. 2.*

[d] *L. si maritus § lex. ff. de adult.*

[e] *c. de crimine 15. q. 3.*

[f] *L. vlt. C. qui leg. per. stan.*

[g] *l. 2 C. de his qui veniam ætat.*

[h] *c. ex parte ext. de excep.*

LIMITA. 2. Supradicta de infamibus: nam in crimine Simoniæ, Læsæ Maiestatis, Hæreseos, & quando suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, audiuntur. [i]

Potest etiam excipi sic Contra Actorem.

Quia habet plures actiones personales contra eundem Reum, in diuersis iudiciis. [k]

Si verò Actor sit *Monachus*, tunc neque conuenire, neque conueniri potest sine licentia Abbatis. [l] Secus dic. si Monachus sit in scholis causa studii, vel alia de causa ex licentia Abbatis, tunc enim agere [m] potest.

Si Abbas sine conuentu, & Capituli litteris agat, tunc contra eum excipitur: quod verum est, vbi non sunt diuisa bona. [n]

Si filius patrem in ius vocet, vel si trahat eos, sub quorum potestate degit, venia non impetrata. [o]

Si Actor existens consors litis, agere velit pro consorte sine mandato, non debet audiri, etiam præstita cautione. [p]

Si Actor intendat actionem, quæ fuit temporalis, & quæ lapsu temporis amissa est. v. g. in Beneficiorum collatione tempus 6. Mensium currit, & postea deuoluitur ad superiorem. [q] Similiter Electo tempus currit, ad Confirmationem petendam trium Mensium. [r]

[i] *vide in C. tanta ext. de Simon. & c. pen. 15. q. 3. c. Sacerdotes. 2. q. 7. c. omnibus. 4. q. 6.*

[k] *c. ex tenore ext de Rescript.*

[l] *causam de iudi*

[m] *c ex parte ext de accusat.*

[n] *c. edoceri ext. de resi. & c. ex parte de accus.*

[o] *l. 1. C. de pat. pot & § fin. Inst de Pæn. temere litig.*

[p] *l. 1. C. de Consor. eius lit.*

[q] *c. de multa. ext. de præben.*

[r] *quoniam quidam. c. dist.*

Fœmi-

Fœmina quoque agere nequit, [f] nisi in certis casibus. [t]

Laicus Clericum accusare nequit, nisi suam causam, vel suorum prosequatur. [v]

Conspiratores Actores esse nequeunt. [x]

Contra Procuratorem, ita opponitur per declinatoriam.

QVia tu cares mandato legittimo, [y] quia ab excommunicato constitutus: [z] excommunicatus autem agere nequit, sed conueniri potest.

QVia es excommunicatus. [a]

QVia in criminalibus Procurator non admittitur, [b] nisi in exceptuatis.

Quia Principales Personæ, per se proponere debent, [c] non per Responsalem, nisi sit indiscreta persona.

QVia tu es Clericus, & sine consensu Episcopi, in foro sæculari, non potes esse Procurator. [d]

QVia obiectum est tibi Crimen, criminaliter, nec poteris alterum defendere, nisi te purges, [e] vel post lapsum annum obiecti criminis.

QVia es Monachus, vel Canonicus Regularis: tales enim non possunt esse Procuratores, nisi in causa Monasterii, Abbate imperante. [f]

Quia es depositus. [g]

QVia Dominus re integra [h] mortuus est, & Procurator in tali casu non valet.

Quia tu es infamis. [i]

QVia pecuniam pro Procuratione accepisti, non tanquam locator, qui locat operas suas. [k]

QVia tu in Magistratu es constitutus. [l]

QVia tu contra Ecclesiam agis, à qua beneficium habes c. vlt. ext. de Postul.

Quia

f *l. Fœminæ. ff. de Reg. iu.*
t *l. fœminæ. ff. de Procurat.*
u *c. de cætero. ext. de test.*
x *c. licet ext. de Symon.*
y *c. i ext. de Proc*
z *c. vlt. ext. eo. Abb. in Clem. Procuratorem. n. 9. de Proc.*
a *c. excommunicamus de hæret. c. intelleximo ext de Iudic. & not. DD. in c. veritatis ext. de do. & cont.*
b *c. veniens ext. de accus. & ib. gl*
c *c. pastoralis de Ind.*
d *Innoc. c. 1. n. 2. de iur. calum*
e *c. si quis Episcopus de accus. & cũ P. Mancouella*
f *c. contingit ext de Transact.*
g *c. Infames 3. q. 7.*
h *c. gratum. c. relatum ext. de off. del.*
i *c. cum deputati ext. de ind.*
k *l. 1. & 2. ff. manda.*
l *c. prohibentur 2. q. 1.*

QVia ab Abbate solo es cõstitutus sine consensu cõuẽtus. [m]

Quia tu es Sacerdos, nec debes te immiscere sæcularibus negotiis: nec debes intercedere, nisi pro miserabilibus personis, vel coniunctis, vel Ecclesia. [n]

QVia tu es Laicus, Causa est spiritualis. [o]

Quia in Magistratu es constitutus.

Quia surdus, [p] mutus, cœcus, furiosus, seru⁹ causam ignorãs.

Quia tu es Medic⁹: medici autẽ nequeũt esse Procuratores. [q]

Quia es redemptor litis. [r]

Quia potentior constituente. [s]

Contra Mandati Formam ita opponi poterit.

Quia non constat, ad quid sit Procurator constitutus. [t]

Quia non sunt litteræ per publicum Notarium factæ, nec sigillatæ. [v]

Quia nec parti, nec Iudici diriguntur.

Quia tabellio ignotus, [x] nec de eius legalitate constat.

Quia scribitur in Mandato; Ratum habebo, quidquid per procuratorem legittimè factum fuerit: debuit autem scribi, *Promitto me ratum habiturum*, quidquid per te fiet: [y] Siquidẽ illud verbum (*legittimè*) magnas occasiones dare potest parti reiiciendi id, quod per Procuratorem factum fuerit.

Quia sunt plures in solidum dati. [z]

Contra defensorem.

Quia non cauisti de iudicato soluendo. [a]

Quia vni articulo, te defensorem, [b] offers, non toti causæ.

Contra Tutorem, qui loco Procuratoris interuenit, Exceptiones tales fiunt: & primò contra Testamentarium.

Quia minor, 25. annis, furiosus, mutus, surdus, vt infrà.

m *c. adoceri de resc. c. per tuas de arb.*
n *vt ext. de Postula. per tot. & c. clericus.*
o *c. Sacrosanctæ c. Massana ext. de Elec.*
p *l. 1. ff. de postul.*
q *l. Placet. C. de Epis. & cler.*
r *l. si remunerandi ff. Mãdati.*
s *l. 1. C. Ne. lic. pot.*
t *c. Nicolao. ext. de App.*
u *vt sup. de Instr. edit.*
x *l. Generali C. de Tabellio. lib. x*
y *l. si procuratorem ff. de Proc. & c. cum dilecti ext. de confir. vtili.*
z *l. qui duos ff. de proc. & arg: l. 2. C. de const: lit.*
a *§ si vero Inst. de satdat.*
b *l. item ait § vlt. ff. ex qui. cau. maio. l. non tamen ff. de proc.*

Quia non est adita hæreditas ex testamento, & ideò tutela est nulla, [a]

Quia non fecit Inuentariũ, [b] & ideò vltra vires hodie obligat.

Quia fraudem fecit in Inuentario, nam non omnia scripsit. &c. Ad hoc euitandum, bona Cautela seruatur, quæ in fine Inuentarii scribitur. *Et si plures erunt res.* &c.

Quia est debitor vel creditor pupilli, ad cuius tutelam vocatur, & talis repellitur. Aut minoris C. qui dar. tut vel cu. pos.

Quia non satis dedit res pupilli vtiliter se gesturum. [c]

Contra Datiuum.

Quia Iudex non dedit Tutorem sedens pro Tribunali. [d]

Quia Iudex non habuit potestatem decernendi. [e]

Quia tutor est datus minor 25. annis. [f]

Quia datus à Matre, vel filio tantùm naturali. [g]

Quia datus est Monachus, [h] qui nequit esse, sicut nec miles armatæ militiæ. *Similiter* exxcipitur contra Curatorem, qui datur adultis Minoribus, 25. *annis, vel Prodigo*, Furioso, mente capto, surdo, muto. &c.

Contra Legittimum Tutorem sic excipitur.

Quia non est legittimè constitutus. Circa quod sæpè in iure Magdeburg. erratur. Quidam enim *imperiti*, ita faciunt. *Talis Iudex.* &c. *constituit tali pupillo tutorem Patruum, vel Aunnculum.* EX his enim verbis, est Datiuus potiùs, non Legittimus. Legittimos enim tutores, Lex 12. tab. dat. [i] Hinc in tali casu, debet sic dici. *Tali consanguineo pupilli, cui à lege tutela defertur, administrationem eiusdem tutelæ, talis Iudex decreuit & dedit: qui quidem tutor, iudicis auctoritate administrationem dictæ tutelæ adiuit.* &c. Sed ante omnia opus est, vt iuret, & satisdet. [k]

Quia antè Inuentarium fecit, priusquàm decretum Administrationis habuit.

Contra

a *l. Si nemo ff. de Reg. iur.*
b *l. Sancimus. C: de admin. tut. & l. tutores.*
c *l. de creatio. sub. c. de Epi. audient & l. 1. C. de tut. qui non satisdet.*
d *. naturali. ff. de Conf. tut.*
e *l: iusdandi ff. de tut.*
f *l. fin. C. de leg. tut.*
g *l. 1. ff. de conf. tut.*
h *Aut. Presbyt. C. de Epis. & cler. l. militiæ C. qui da. tut. pos.*
i *l. legittimos ff. de legit. tut.*
k *vt in C. de tut. qui non satisdat.*

Contra Anomalum tutorem.

Quia Mater tutrix, quæ de iure Autenticorum, [l] hodie admittitur contra ius cõmune ad Tutelã, est Minor 25. annis. [m]

Quia transiuit ad secunda vota. [n]

Quia non satisdedit, vt suprà.

Quia Velleiano renuntiare recusat. [o]

Quia infra annum nõ petiit impuberibus filiis tutores dari. [p]

Contra coniunctam Personam pro Principali interuenientem.

Quia non cauit de rato, [q] hinc maritus sine tali cautione interuenire nequit.

Quia non est consors eius litis. [r]

Quia ille, pro quo agit, est minor, & audiri non debet coniunctus, cùm neciple audiretur, pro quo interuenit. [s]

Quia talis est casus, in quo speciale Mandatum requiritur V. g. In Beneficialibus coniuncta persona, non interuenit, [t] iuxta Praxim. Rom.

Hinc pater sine filii consensu interuenire nequit. [v]

Contra Plus petentem sic opponitur.

Quia plùs tempore Actor petit. [x]

Quia feriato die Actor, fecit Reum citari. [y] (vbi citatur.

Quia plùs loco Actor petit, & non est tutus accessus Reo.

Quia plures causas proposuit, [z] in vna re, coram diuersis iudicibus.

Quia causa præiudicialis, quæ de statu alicui mota est, adhuc pendet.

PEREMPTORIA EXCeptio est, quæ perimit, & tollit totum negotium, quoties probata fuerit. Talis est, *Transactio,*

l *§ ex his. Aut. de her. ab intest.*
m *l. fin. C. de leg. tut.*
n *l. matres C. quan. mul. tut. off. fun po.*
o *Aut. Matri. C. qu. mul. tut. off.*
p *§ sed quemadmodum Inst. de Senat. Tertil*
q *l. sed & hoc ff. eo.*
r *l. 2. C. de conf. eius. lit.*
s *l. Nemo plus ff. de Reg. iur.*
t *vt sup. de pers. iud.*
v *l. 2. §. quod si ff. sol. matrim.*
x *c. vni. ext. de plus pet.*
y *vt sup. de Temp. iud.*
z *c. dispendia de Res: in 6.*

Pactum, Cessio, Renunciatio, Res iudicata, Consanguinitas, in Matrimonialibus, Affinitas, Perpetuum impedimentum, Naturalis impotentia, Dolus malus, Metus, &c.

[a] *c. cum dilectus de fi. instr. vide Ang. Inst. de Except.*

De Peremptoria talis est regula. [a] *Tam antè, quàm post litem contestatam opponi potest:* quod verũ est, si iudex non statuit terminum, ad Exceptiones peremptorias opponendas.

AMOMALA EXCeptio est, quæ non sequitur Regulas aliarum Exceptionum, in opponendo & potest etiam post sententiam opponi. V.g. Si de excommunicato Actore opponatur, [b] *De falso Procuratore*, [c] De non numerata pecunia, De dote non accepta, De matrimonio inito.

[b] *gl. in c. pia eo. tt. in 6.*

[c] *in nostram de Proc. & l. licèt. C. eo.*

Quoties ergo Reus vult declinare iudicium, vel intentionem Actoris excludere; tunc prædictis exceptionibus iuxta merita Causæ sub hac forma vtatur.

FORMA EXCEPTIONVM

COràm vobis R. D. C. Procurator, & eo nomine egregii viri N. huius causæ rei, satisfaciendo termino hodierno ad producendum omnes dilatorias sibi dato, cum Protestatione de non consentiendo in vos iudicem in præsenti causa, nisi quatenùs de iure tenetur, declinatorias exceptiones, omni meliori modo, dat, facit, & exhibet, quas admitti & se, principalemque suum circa easdem cõseruari petit: aliâs protestatur de grauamine, &c. Et inprimis excipiendo proponit, & dicit. quòd cum causa in prætenso libello pro parte actoris, coram vobis oblato, proposita sit de reseruatis Papæ, & merè Sedem Apostolicam tangat, agaturque de Priuilegio Papæ occasione decimæ, de qua agitur, dicto principali meo N. concesso: idcircò libello prædicto & super causa huiusmodi prætensa coram vobis respondere non

re non tenetur. Quare petit per vos decerni, declarari & pronunciari, prædictum Reum, ad respondendum libello præassignato, vel aliâs litigandum super causa huiusmodi prædicta coram vobis non teneri; sed ipsum ad sedem Apostolicam remittendum fore, condemnando sibi actorem in expensis. Has exceptiones, &c. Saluo iure adden. &c. Et protestatur. &c etiam appellan.

Similiter concipiantur exceptiones, si suspectus fuerit ordinarius Iudex, vel quoties contra actorem, procuratorem, & alias personas excipiendum erit, vt suprà.

Hoc facto, actor petat, copias exceptionum partis aduersæ, cum termino ad Replicandum; quæ omnia Notarius sic scribit, in fine exceptionum.

Exhibitis his exceptionibus, per talem reum, vel Procuratorem, in præsentia talis actoris, die tali, & anno, præsentib. talib. respondebitur, vel contra eas replicabitur. pro parte Actoris die tali. quem terminum, de vtriusque partis assensu duximus ad hoc præfigendum.

De Replicationibus C. XXII.

NE veritas rei, cauillatoriis exceptionibus partis vicietur, iura, quæ veritati nimium sunt amica, adinuenerunt replicationes, [a] ad omnes exceptiones Rei excludendas. Sicut enim sæpè fit, [b] vt licèt ipsa persecutio, qua Actor experitur iusta sit, tamen aduersus eum iniqua sit, cum quo agitur; ita frequenter euenit, vt exceptio, quæ prima facie iusta videbatur, tamen iniquè noceat: quod cùm accidit, alia allegatione opus est adiuuandi Actoris gratia, quæ *Replicatio* vocatur. Et quia rursum interdum euenit, vt *Replicatio*, quæ prima facie iusta est, iniquè noceat; ideò alia allegatione opus est adiu-

[a] *vt in Inst. eo. tt.*

[b] *vt in Inst. de excep. in prin.*

uandi Rei gratia, quæ *Duplicatio* vocatur. Et si rursum ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam Actori iniquè noceat, rursus alia allegatione opus est, qua Actor adiuuatur, quæ dicitur *Triplicatio*: quæ si etiam iniqua appareat, contra eam Reus iuuatur alia allegatione, quæ *Quadruplicatio* vocatur; quæ omnes allegationes, vno nomine *Replicationes* dicuntur.

Est autem REPlicatio, exceptionis exclusio, quæ sic eam resoluit, vt nihil ea reus iuuetur.

Exemplum omnium prædictorum.

Conuenit actor reum, coram ordinario: petens eum occasione decimæ occupatæ condemnari. Excipit reus, dicens se pro ea habere priuilegium Sedis Apostolicæ, de quo inferior cognoscere nequit, & eo probato, petit se absolui. Replicat Actor, Ordinarium cognoscere posse de tali priuilegio: saltem incidenter: & hoc probato, petiit exceptionem reijci. Duplicat Reus & dicit. Absq; mandato Papæ, non posse talem cognitionem, quæ est de reseruatis fieri: quo probato, partis replicationem elidit. Triplicat actor dicens, in priuilegiatis, & reseruatis Ordinarium procedere debere, cùm postea per appellationem ad curiam deuoluantur: & hoc probato, duplicationem partis eneruat. Quadruplicat Reus & dicit, Priuilegiorum ex certa scientia Papæ concessorum nullam spectare cognitionem ad Ordinarium; sed tantùm, si in forma communi concedantur: quo probato, triplicationem partis infringit, & se per interlocutoriam iudicis, ad superiorem remitti petit.

FORMA REPLICATIONVM.

CORAM VOBIS &c. PROCVRATOR &c. nomine Actoris, ad quandam friuolam, & prætensam exceptionē Rei,

Rei, replicando proponit, & dicit illam non esse audiendam, nec per vos admitten. & veluti nullam, & frustraneam esse remouendam, & reiicien. &c.

Et primò descendendo ad p. excep. in qua pars dicit agi de Priuilegio Papæ. &c. ad hoc replic. dicitur: quòd cùm incidenter hic sit facienda cognitio de Priuilegio, potestis vos de hac causa cognoscere, & competens esse iudex, arg. c. causa in fi. in integr. restit. & gl. in c. cum venis. ext. de iudic. ver. iudicare. Et haberet locum exceptio partis, in obscuris, & ambiguis. Verùm cùm simus in claris, potestis vos remota tali exceptione, de hac causa cognoscere, vt dictis iurib. *Quare prætensa tali exceptione non obstan. Procurator* idem, nomine quo suprà, petit, quatenus pronuncietis, declaretis, & decernatis, exceptionem hanc non habere locum, & procedendum esse ad vlteriora; ipsumque reum ad hoc cogendum fore, ac in expensis condemnandum. Has replicat. &c. Saluo &c Protestatur &c.

His replicationibus exhibitis, potest ~~actor~~ Reus petere copiam cum termino, ad duplicandum, quas duplicationes in eadem forma conferibet, prout suprà mutatis mutandis: si verò renunciauerit duplicationi; tunc petat interloqui. quem Actum signat Notarius. Anno Die &c. Procur. Actoris, satisfaciendo termino hodierno, Replicationes nomine sui Principalis, contra Except. Rei obtulit, petens per interlocutoriam dictas except. tanquam nullas reiici, & ad vlteriora procedi. Ex aduerso procuratore rei, generalia verbo dicente contra, & super productis interloqui petente. Et D. obtulit se interlocuturum p. i. in præsentia vtriusque partis.

N3

Obseruatio

Obseruatio.

NON vulgaris est quæstio inter Doctores: An statim post Replicationem pronunciatio sit facienda, nec ne? Qua in re iuuabit nosse. An exceptio sit Emergens, an Incidens. [c] Si emergens: tunc post replicationem quantùmuis rectam, nõ debet Iudex pronũciare. præsertim si vlterioribus replicationibus non fuerit renunciatum, sed partes ad *duplicationem, Triplicat. Quadrup.* admittere, donec ad statum causæ perueniatur. Et sic super Exceptione pronuncietur: aliàs iudex super principali procedere nequit. [d] *Si incidens*, tunc super Replicationibus non pronũciatur, sed super principali. *V. g. Mulier petit quendam in virum, & ad intentionem suam producit testes: Vir timens præiudicium, opponit Consanguinitatem*: hic pronunciandum est super principali, examinata priùs causa cõsanguinitatis. *Idem dic in pacto de non petendo, de re iudicata, & de iuramenti delatione*, quæ incidentes exceptiones sunt. Quoties autem interloqueendum erit iudici, toties offerat se interlocuturum certa die iuridica.

Interlocutoria super exceptionib.

Duplici modò potest interloqui iudex, super exceptionibus declinatoriis. PRImò, tacitèè reuocando exceptiones, hoc modo. In causa tali pronunciamus, ad vlteriora esse procedendum, in contrarium allegatis non obstantibus. [e] Secundò expresse, sub hac forma. In causa coram nobis inter N. Actorem ex vna, & reum partibus ex altera, interloquendo dicimus, pronũciamus, & declaramus nos fuisse, & esse iudicẽ cõpetentem, in contrarium allegatis, non obstantibus. Lata hac sententia Notarius signat.

ANNO, Die &c. A. ipsius B, & C. ipsius D. Procuratoribus in præsentia R. comparen. & peten. interloqui

[c] gl. in c. 1. ext. de ord. cogn. ver. cognoscendum.

[d] gl. c. 1. & l. de quæst. ff. de iud.

[e] c. suborta ib. gl ver. reprobasse. ext. de sent. & re iud.

loqui, prout terminus requirebat, R. D. interloquen. verbo repulit exceptiones, pro parte N. oblatas, & continuò Procurator de grauamine protestatus est appellan.

DE PROTESTATIONE ET APPELlatione à grauamine.

CAuti Procuratores, qui processu suo, præiudicare partibus nolunt, solent post interlocutoriam, si contra eos lata fuerit, protestari de grauamine appellando. Et regulariter licitum est parti appellare ab interlocutoria, quæ vim sententiæ diffinitiuæ habet, [a] & cuius grauamen reparari nequit, per sententiam deffinitiuam: [b] Vnde si quis pronunciauit se competentem iudicem: [c] vel si pronunciat aliquem legittimum esse procuratorem, [d] vel legittimum principalem; à tali interlocutoria appellari potest: quia eius grauamen non potest reparari: cùm in secunda instantia, super iisdem exceptionibus dilatoriis, quæ sunt repudiatæ in prima instantia, non speretur alia sententia. *Hodie autem videmus, quòd huiusmodi protestatione & appellatione non obstante, iudex statim in causa procedit:* [e] *Quo casu cauti Procuratores protestationẽ iterum faciunt, quòd non recedant ab Appellatione.* Currente verò decendio, pars, cuius exceptio dilatoria est reiecta, & grauamen ei illatum est; procurabit appellationem interponere [f] in qua appellatione, causa grauaminis illati, exprimetur, quæ debet esse iusta, legittima, & in scriptis iudici porrecta, cum petitione Apostolorum.

FORMA APPELLATIONIS

COram vobis R^mo. D. ac discretis viris Dominis hic præsentibus, & astantibus, ac te publico Notario, tanquam persona autentica, & fideli. Ego C. Procur. R^di. D. animo & intentione prouocandi & appellandi, Apostolosque petendi, & cætera, quæ sequuntur faciendi,

[a] Conc. Trid. Sess. 24. c. 20. de Ref. & Abb. c. ex parte Decani de Rescr. in antiq. gl. in aut. habita C. ne filius pro patre.

[b] l. ita demum C. de Procur. Bar. & Bal. in l. à procedente. C. de dilat. c. vlt. de appell. in 6.

[c] d. gl. in d. aut.

[d] l. ait Prætor. § permittitur ff. de Minor. c. ex parte M. de appel c. vlt. de app. in 6. vbi gl. in ver. appellatum in fi.

[f] c. quod ad consultationem de sent. & re iud. c. gratum de off. deleg.

omnibus melioribus modis, via, forma, iure, quibus potest, valet, ac debet, dico, propono in his scriptis. Quòd licèt in causa Decimarum, quam Ticius Seio intentauit, coram N. Ordinario iudice, citra approbationem Iurisdictionis, quò ad hanc causam comparendo, exceptiones de iure admissibiles iudicialiter produxerim, in quibus inter cætera fuit deductum, quòd licèt sit N. Ordinarius iudex principalis mei; in hac tamen causa Iurisdictionem suam exercere non potest, Pro, & ex eo: quia in hac causa, de Priuilegio summi Pontificis agitur, de quo iudicare ordinarius nequit, cùm inferior de actu superioris cognoscere non possit: & cùm etiam hoc idem, D. Ordinarius interpretari nequeat, iuxta cõmune illud, Cuius est condere &c. & cùm sibi reseruauerit ipse Papa talem cognitionem, si quæ fuerit, facienda; ac propterea petii me, à iudicio dicto absolui, & ad competentem iudicem in hac causa remitti. Nihilominus tamen in fauorem partis, ratione ordinariæ potestatis, exceptionib. meis spretis, pronunciauit se competentem iudicem contra mentem priuilegii, comminando sententiam excommunicationis principali meo, nisi coram ipso procederem in tali causa. Vnde ex præmissis, & quolibet dictorum sentiens D. grauatum, timens in posterum plùs posse grauari, à prædictis omnibus grauaminibus illatis, inferendis, vel repulsione exceptionum, comminatione excommunicationis fulminandæ, & quoùis alio grauamine, quod exinde sequi posset, ad SS. D. N. Paulum diuina prouidentia Papã V. & Sacrosanct. Rom. Eccl. sedemque Apostolicam, in his scriptis prouoco, appello, Apostolosque primò instanter, secundò instantiùs, tertiò instantissimè peto, si est, qui mihi eos dare velit, vel saltem

tem à te Notario publico, literas testimoniales, in fidem testimonii omnium præmissorum, subijciens Principalem meum D. tuitioni & protectioni sedis Apostolicæ. Protestans. &cætera.

Notarius Signat.

Die Anno &c. Procurator talis, appellationem parti aduersæ iniunctam, coram ℞. D interposuit, & petiit Apostolos: & Dominus obtulit se responsurum, in termino super suis Apostolis, recepta copia appellationis. Hic Iudex deliberet, si reuocare vult grauamẽ, vel Apostolos dare.

De Exceptionibus contra libellum.
C. XXIII.

FInitis *induciis deliberatoriis*, de quibus antè diximus: si reus destitutus fuerit exceptionibus dilatoriis, vel peremptoriis, aut anomalis: tunc diligenter in eam curam incumbat, considerando; An in respondendo contra libellum expediat sibi litem contestari: an eãdem declinare debeat. Si declinare voluerit; tunc in defectu exceptionum supràdictarum, opponat exceptiones contra libellum: vitia eius diligenter animatuertendo. Et né hac in re aliquid incuriosum à nobis relinquatur: Sciendum est, quòd specialiter hæc vitia annullant Libellum, si sit *conceptus generaliter, incertè, alternatiuè, obscurè, contrariè, & si sit vagus.* [a] Cùm enim per talem Libellum, non possit pars informari; debet eundem reiicere iudex, ad petitionem partis, imò ex officio suo potest lacerare eundem. Nam cùm sententia debeat esse conformis Libello, [b] quoties incertus erit Libellus, vel obscurus, iudex sententiare non poterit, ob eamque causam libellum lacerabit, vel etiam decernet eundem declarandum, & corrigendum, seu mutan-

Vitia Libelli.

[a] *c. significantibus ext. eo. de Lib. obl. Ias. § Omnium. Inst. de act. Decius. L. edita. C. de eden.*

[b] *c. qualiter. in. 2 de accus. & c. licet ext. de Simon*

NB Correctio Libelli regulariter duo.

dum. Quæ correctio licita est, modò fiat ante litis contestationem, & dummodò ponatur in Libello, saluatiua clausula, quæ consueuit poni. *Saluo iure.* &c. Post litem verò contestatam, in defectu illius clausulæ *Saluo* &c, non admittitur correctio, [c] teneturque Actor ita persistere in Actione, prout agere cœpit, [d] etiamsi nollet, quod est contra regulam, quæ dicit: [e] *Nemo inuitus agere cogitur.* Quoties tamen Actor legittimè impeditus fuerit; tunc oblato libello agere non cogitur. Et ne frustranea videatur esse oblatio Libelli in iudicio, eius effectus in tali casu tres animaduertuntur.

c Specul. in tt. de libel. § nunc ostendamus.

NB

d d. aut. qui semel.

Vigilat Libelli

e C. vt nemo inuisus per totum.

1. Quia per libelli oblationem etiamsi non agatur, perpetuatur Annalis Actio. [f]

f Ins. de temp. & perp. act. & C. quando pr. lic. da. lib.

2. Quia libellus, rem litigiosam facit; [g] vnde res illa, in qua oblatus est Libellus, ante decisionē causę alienari nequit. [h]

g aut. litigiosa. C. de Litig.

h c. ecclesia vt lit. pend.

3. Quia Libelli oblatio præscriptionem impedit, [i] teneturque eidem postea conuentus respondere.

i c. illud de Præscriptionib

FORMA EXCEPTIONIS CONTRA *Libellum in termino ad respondendum.*

CONtra quandā prętensam scripturam ad modū Libelli seu sūmariæ petitionis, Corā vobis R^mo. D. in causa Decimarum, vt prætenditur exhibitam & productam, excipit M. N. Procurator D. & eo nomine procuratorio partis suæ, dicit, & excipiendo protestatur. Quòd si quæ sint in dicto prætenso Libello, quæ faciant, vel quomodolibet facere videantur, pro parte sua, & contra partem aduersam; illa non impugnat, nec impugnare intendit; quinimò recipit & admittit, per modum saltem tacitæ confessionis: quatenus verò faciant, seu facere videantur pro parte aduersa, & contra partem suam, excipit & dicit: quòd prætensus libellus fuit, & est nullus, nulli-

nulliusq; roboris, & momenti, vagus, vanus, varius, alternatiuus, obscurus, ineptus, impertinens, malè formatus, malè proponens, peiùs concludens, de mala materia fabricatus, sibi contrarius. Et est talis, quòd illi nec est, nec fuit respondendum, nec est super eo lis contestanda; sed per vos reiiciendus, lacerandus, ex his quæ sequuntur.

Et primò, quia peccat in forma, vitium Latini sermonis manifestum tenet, nec est specificans, cùm malè rem exprimat: Vel non exprimit causam, cùm datus sit in actione personali. Deinde. Quia licèt dicatur, de villa & decimis, tum & spolio, tamen de Personis, de Anno spolij facti, Mense, Die &c. non dicitur: in Libello verò, omnia specificari debent, & absque omni ambiguitate, omnia deducenda sunt, vt ex natura Libelli colligitur. Natura Libelli

Item. Est inadmisibilis hic Libellus, quia diffusus in materia, confusè conceptus, constructione bona carens, punctis, comatibus non distinctus, ita quod debitum intellectum habere non possit, nec in eum reduci potest. Et insuper sic est scriptus, quòd ex narratis conclusio fieri non possit, prout idem procurator refert se ad eundem Libellum; si sic vocari, & dici meretur: cùm aliàs sit talis, quòd de iure veniat repellendus. Quare ex præmissis, idem petit nomine, quo suprà, per vos, & vestram sententiam Interlocutoriam, obstantibus his Exceptionibus, dictum prætensum Libellum repellendum fore, & per vos repelli, dictumque D, Abbatem in expensis condemnari vestra sententia, & iustitia sancta mediante. Has Exceptiones &c. Saluo &c. NB. VI.

Oblatam Notarius scribit.

Die, Anno, &c. Talis obtulit Exceptiones in scriptis,

contra Libellum pro parte D. Abbatis oblatum. Ex aduerso Procuratore D. Plebani petente copiam, ac terminum ad dicendum contrà. Aliâs ad replicandum. Quod ei concessum est ad Octauam.

De Termino ad replicandum contra Exceptiones Rei, contra Libellum datas.

C. XXIIII.

SIcut Reus ad excipiendum terminum habet tempore respondendi; ita Actor replicationem habet contra exceptionem Rei: & rursum Reus & Actor habent Duplicas, Triplicas, &c. de quib. antè. [a] Potest autem dupliciter Actor replicare, verbo, vel in scriptis. Verbo sic: *Dico generalia contra.* Et hoc faciunt Procuratoress, cùm nihil vident præiudicare sibi exceptiones Rei: aliâs replicant diluendo exceptiones. In scriptis possunt replicare sic::

[a] vt toto tit. de Replicationibus Inst

Contra quandam prætensam chartam loco Exceptionum, pro parte D. Plebani, in & contra Libellum D. Abbatis, nuper in iudicium oblatam, Procurator, &c. replicat, arguit, opponit, & replicando dicit: quòd dicta prætensa charta, cùm contentis est friuola, & vana, impertinenter & indebitè causa diffugii, & causa euitandæ contestationis data & concepta, in nulla re releuans producentem, & aliâs est talis, quòd ea non obstante, prædictus libellus pro parte D. Abbatis, prout in bona forma, est admittendus, vt ex infrà dictis patet.

Et primò, ad primam prætensam except: in qua confusè, & falsè deducitur, quòd peccet libellus in forma, materia, &c. ad hoc replicando dicitur, quòd excipiens forsan non nouit formam libelli: alioquin enim si hanc sciret,

sciret, nũquã id diceret, cùm libellus iste nullũ vitiũ prædictum habeat. Et quantum ad vitium Latini sermonis attinet, replicã. dicit quòd cùm non specificet loca, excipiens non est audiendus: in quo, si deesset aliquod verbum, vel littera sit omissa, vtiq; sustineretur, cùm defectus litteræ, non vicier rescripta, [b] & tantò magis libellũ.

[b] c. ex parte de fide instr.

Ad secundam, quòd dicitur non esse specificatum tempus spolii, nec personas Cmetonum, replic. dicitur. Quòd quotiescunque dirigitur actio contra Vniuersitatem, vel pro Vniuersitate; nunquam specificantur personæ Communitatis illius, seu villæ, vel ciuitatis: secus enim extincta persona, actio extingueretur. [c] De Anno verò, Die, Mense, replicando dicitur, quòd anno tali. De die verò, & aliis in articulis dicetur, qui aliâs essent superflui, si omnia deducerentur in libello.

[c] l. proponebatur ff. de iudic. c. quoniam Abbas de off. deleg.

Item ad tertiam, in qua dicitur esse diffusum libellũ, constructione carentem, &c. replicando dicitur. Excipientem foris forsan, non verò domi libellum legisse, & ideò eum non intellexisse, vel malè in scholis studuisse, ad quas relegandus est, vt ei declaretur, &c.

Ex præmissis, &c. Has Replicat. &c.

Notarius signat oblatam.

Die, &c. Replicationes in causa decimali obtulit P. Et parte aduersa duplicante verbo hinc inde petitum est interloqui. Et Dominus præfixit p. d. ad interloquendum, vel ad statim.

TERMINVS AD INTERLoquendum

ADueniente Termino interloquendi, Iudex interloquetur verbo, aliâs in grauioribus, in scriptis; & prout sibi videbitur æquum, admittet libellum, vel præcipiet eundem corrigi, iuxta

iuxta subiectam materiam, expensas hinc & inde compensando, vt sæpe fit, vel in ipsis alteram partem condemnando. Hoc facto, Actor iussus, specificabit in continenti, vel declarabit. Reus verò respondebit, per quam rem deuenietur ad litis contestationem; vel etiam si vult reus, actorem in iudicio reconueniet, protestatione facta de reconueniendo, & petens terminum ad reconueniendum, qui ad Octauam datur.

Interlocutoria

Sedentes, &c. per hanc Interlocutoriã. quam verbo ferimus, decernimus, & pronunciamus. Exceptiones contra Libellum, D. Abb. in causa decimali porrectum, nullas, & impertinentes esse, & ob hoc Libellum esse admittendum, salua specificatione de tempore spoliationis, expensas hinc inde compensando.

Hac specificatione facta: Notarius signabit. In causa Decimarum, Procurator peten: interloqui super eorũ exceptionibus, verbo interlocutus est libellum admitten. *Salua.* &c.

De Termino ad reconueniendum seu de mutuis petitionibus. C. XXV.

RAtio iusti exigit, vt sicut Actor desiderat iustitiam sibi fieri ex Reo: [a] ita quoque Reus, quoties cupit sibi per Actorem in sua iustitia responderi, iustitiam in causa sua ex Actore ab eodem iudice habeat. [b] Vnde cùm Actoris, & Rei, eadem sit conditio, [c] prout Actori licet conuenire: ita & Reo reconuenire. Quid verò sit Reconuentio, diximus suprà de Diuisione iudicii multiplici. [d] Fit autem tunc, cùm præmissa Conuentione ab Actore, Reus protestatur de reconueniendo, id quod facere debet triplici tempore. *Vel ante litis contestatio-*

[a] c. 1. de mut. pet. & c. fin.

[b] d. C. fi. eo. tt.

[c] d. c. fi.

[d] ver. Sexta diuisio. sup. de Diuis. mult. mult.

stationem, Vel in lite contestata, Vel post Contestationem, idq; statim, priusquam procedatur in causa: quandoquidem iudex vtramque causam simul audire debet, & vna sententia terminare, & hoc ex natura Reconuentionis procedit. Quidam dicunt, [e] quòd hodie potest Reus reconuenire Actorem durante iudicio, vsque ad Conclusionem in causa, & ita Innocentii quarti Constitutionem intelligunt. [f] Qualitercunque sit, sciendum est; quòd reconueniens, in termino sibi dato, tenetur offerre Libellum, in quo formando eandem viam sequetur, prout suprà dictum est.

[e] gl. c. 1. tc. eo. ver. respondere.

[f] c. dispendiosam § Reus de resc. in 6.

RECONVENTIONALIS LIBELLVS

COram vobis, &c. proponit & dicit, Quòd quamùis à 20. 30. 40. annis. citrà vel vltrà, ac à tali tempore, cuius initii memoria non extat, omnes & singulæ decimæ manipulares, diuersi grani &c. vt suprà, post omnes & singulos agros, tàm prædiales R. A. quàm Sculteti & Cmetonum, & Incolarum in villa P. communiter nominata Diecœsis Craco. ad Prædecessores Presbyteri Parochialis, & Ecclesiam suam, de iure communi pertinuissent & spectassent, prout & hodie spectant & pertinent, tàm de consuetudine à temporibus erectæ Ecclesiæ præscripta, quàm de iure communi ad dictum D. Presbyterum Parochialem, fueruntque omnes, & singuli sui antecessores, in pacifica possessione iuris percipien. tollen. leuan. & in vsus proprios conuerten. iuxtà placitum & libitum, ipsorumque voluntatẽ conuerten. & per tempora descripta inconcusse & inuiolabiliter cõuerterunt, absque aliqua interruptione, ac ipse modernus Plebanus, à temporibus, quibus adeptus est Ecclesiam Parochialem, in villa S. similiter in Possessione

dictarum Decimarum fuit, prout & hodiè est, saluis impedimentis infrà dicendis. Nihilominùs tamen R. D. Abbas cum Conuentu suo perturbauit, & perturbat, molestauit, & molestat, quominùs, Anno hoc præsenti dictas decimas, dictus Plebanus, percipiat, contradicen. & impedimenta præstan. quominùs gaudeat pacifica possessione earundem decimarum, in periculum animę suæ, & in præiudicium summum Plebani & suæ Ecclesiæ. Petit igitur Procurator, per vos, vestramque sententiam deffinitiuam constito de assertis, dici, pronunciari, declarari, sæpè dictas decimas omnes Prædiales, etiam post araturas Sculteti, & incolarum omnium, dictæ villæ, ad Prædecessores suos & suam Ecclesiam pertinuisse & spectasse, hodieque pertinere & spectare: omnes Prædecessores suos, in pacifica possessione dictarum decimarum fuisse & extitisse, prædictoque Plebano & Ecclesiæ suæ adiudicandas forè, & per vos adiudicari, D. Abbati nullum *ius* competiisse nec competere, oppositioneſque, contradictiones, in iudicium vocationes, dicto Plebano & Ecclesiæ, à D. Abbate & Conuentu suo factas, præstitas, temerarias, iniustas, de facto præsumptas fuisse & esse: & ob hoc prædicto Abbati & Conuentui suo, de & super decimis perpetuum silentium imponendum fore, & per vos imponi, Præfatum Presbyterum ab impetitione absoluendum, & per vos absolui; occasioneque indebitæ vocationis tractus, in causam prædictam, dicto Plebano, in expensis legittimè factis, per vos condemnandum fore, & condemnari, iustitia mediante, & aliâs de & super præmissis, sibi fieri iustitiæ complementum, vestrum officium ad hoc humiliter implorando. *Prædicta*, &c. *Saluo*, &c.

Porre-

Porrecto Libello, Notarius signat sic: B. Procurator obtulit Libellum reconuentionalem: Ex aduerso A. Procuratore D. Abbatis petente copiam, & terminum ad deliberandum. Aliàs, ad dicendum contrà: Et R. D. concessit ad Octauam, Præsentibus. &c.

NOTA: Prædicta omnia fiunt post oblationem libelli Reconuentionalis, vt & suprà: Potest enim Exceptiones dare Actor, super impertinentia. &c. & erit processus in tali disputatione, vsque ad Interlocutoriam, vt suprà,

De Secunda Parte Ordinis Iudiciarii Processus, videlicet de litis contestatione.

C. XXVI.

QVando in prædicto termino: *Ad dicendum contra Libellum*, nihil pars excipit, vel impertinenter excepit, aut in probatione exceptionis defecit; sequitur, vt lis contestetur. Sicut è contrà, quando discussis meritis exceptionum, replicationum, & cæteris obiectis suppositis, probatur exceptio, vel aliud obiectum, propter quod Iudex non potest cognoscere de causa, vel propter quod impeditur Actor in sua petitione; tunc per interlocutoriam Actor non auditur, & Reus, à Iudicio absoluitur. Sed cùm sæpius coram ordinariis Iudicibus deueniatur ad Contestationem: ideò de hac tractandum nobis est.

Appellatur autem à Baldo [a] Litiscontestatio, *Lapis angularis totius Iudicii*: quia super Contestatione firmatur totum iudicium. De iure verò communi, [b] Litiscontentatio est, de substantialibus iudicii, vnum quoddam requisitum: quod, si omittatur, vitiatur totus processus. Et hoc dictum verum est in Ordinariis iudiciis; in summariis enim non requiritur Litis-

[a] *Bal. in c. 1. col. 1. de Litiscont.*

[b] *gl. c. dudũ il. 2 de Elec. Bar. & DD. in l. 1. C. de sentent. & interl. om. iud.*

c Card. in Clem. sæpè de verb. sign

contestatio. c Hinc hodie, quoties iudex apud nos cognoscit summariè de causa: ex consuetudine omnia substantialia iudicii auferuntur. Sola verò mera dispositio Iurisgentium attenditur, & ad solas probationes, & defensiones partium respicitur: quo casu ille primus actus, qui post litis contestationem fit, in causis ordinariis, est litis contestatio; quando nimirum incipit iudex de causa cognoscere. d

d Rom. Conc. 164 col. 2. Bar. Bald. l. nulla. l. nihil. C. de Procu. Card in Clem. constitutionem § fin. de Elec. Abb. c insinuante de off. deleg. in fi. Mar. p. 6 prax. suæ & de Litiscont.

Ab Hostiense, ita Litiscontestatio definitur: e *Est fundamentum iudicii per petitionem Actoris, in iure propositam, & congruam Rei responsionem sequutam: animo contestandi litem, constitutum*: Vel, *Est quasi simul testatio*, seu, *Est declaratio mentis, litigare volentium: quæ, vtraque parte præsente, fit in iudicio*, hoc modo.

e Host: in sum. eo. tt.

Dico & allego narrata, prout narrantur, non esse vera: præterea, petita prout petuntur fieri non debere, animo litem contestandi negatiuè.

Hodie tamen fieri potest Contestatio, altera parte absente, vel etiam tacente, f si modò pars ad id fuerit citata, & hoc Rota approbat: Atque hic infertur ex prædictis, quòd quando pars proponit, factum coram iudice non ea mente, vt litem contestetur: vel *si respondeat, saluo iure suo, & sine præiudicio*: vel si dicat, *non animo litem contestandi*: vel si ponat æquipollentia verba, quæ non inducunt Litiscontestationem: ex responsione tali, non erit Litiscontestatio. & ratio est: quia quando cum tali cautione pars narrat factum; tunc non dicit ad informationem iudicii, sed ad informationem solius iudicis, ex motu proprio. Non solùm autem negatiuè respondeari potest in Lite contestanda; sed & affirmatiuè, scilicet, per Confessionem; qua facta, fit contestatio: g v. g. Reus dicit. *Dico narrata, prout narrantur esse vera*: vel, *Credo narrata prout narrantur*: &c. Et in tali casu, Iudex tenetur ferre sententiam

f secundum Dom. de Rota 354. quæ est dec. 6. sub tt. de Litiscontest: in nou.

g ant. Butr. Abb n. 27. Immol. Felin. n. 21. c. vnico. ext. eo. tt. dd. in l. vnic C. eo. præsertim Castr.

tiam in confessum h sicque Praxis obtinet. Et quamùis iura dicant, i quòd nullæ sint partes iudicis in confessum: eo tamen non obstante, dictum de confesso condemnando procedit: Iudex enim nullas partes in cognoscendo causam cõfessi habet; sed in sententiando.

h l. Iulianus ff. de Confes.

i l. proinde. ff. ad legem aquil. c. præterea de Transact.

Sed si Reus contestari litem nolit, quid faciendum? Alii putant, quòd procedetur ad deffinitiuam, quod durum est. Alii existimant, quòd pœnas Contumaciæ perferre debet recusans, & potest compelli per Captionem pignorum, missionem in bona; vel si neget missionem, tunc per capturam personæ: aliâs habebitur lis pro contestata: & tunc demùm, ad deffinitiuam procedatur: k & hæc verior sententia: quia gradus sunt seruandi in quaùis re. Lite verò contestata, Actum Notarius signat.

k Cast. d. l. vnica. C. eo. & d. aut. qui semel. vt sup. Bart. aut. in omnes. C. si mut. ab her. abst.

Anno Die &c. A. Procurator D. Plebani ad conuentionalem B. Procur. D. Abbatis ad reconuentionalem libellos oblatos super decimis responderunt, hinc inde negantes, narrata prout narrantur, &c. animo litem contestandi. In suis verò libellis, dicendo esse vera &c. & iurabitur tali die de Calumnia.

De Effectu Litiscontestationis. C. XXVII.

a vt sup. de Exception.

b C. de præscrip. 30. vel 40. anni. l. finali Alex. l. si eum § qui. ff. si quis caut. l. ordinata ff. delib. ea.

c l. more. l. certum. C. de Rei vend. Bart. l. Litigatur. C. de fru. & lit. exp

INter alios effectus, quos producit Litiscontestatio, hi sunt præcipui, quos Procuratores nosse debent.

1. Quia litiscontestatio præcludit viam ad Dilatorias, quæ ante litem contestatam opponi debent: a vt suprà.

2. Quia per contestationem omnis actio temporalis perpetuatur, & vsque ad 40. annos extenditur, posteaque transit ad hæredes. b

3. Quia aduersarium constituit in mala fide, quantùm ad fructus percipiendos. c

4. Quia iudex recusari nequit, nisi de nouo suboriretur causa. [d]

[d] c. insinuante de off. del.

5. Quia præscriptionem interrumpit. [e]

[e] d. l. Moræ. c. potest 16. q. 3.

6. Quia post eam potest procedi ad sententiam deffinitiuam de iure communi, quòd sine ea fieri nequit. [f]

[f] § si vero. aut. de exh. reis.

7. Quia post litem contestatam regulariter ad iuramẽta, probationes, proceditur: aliter verò non valent. [g]

[g] vt lite non contes. ext. per totũ

8. Quia post eam, Mandatum Procuratoris reuocari nequit sine rationabili causa, [h] cùm sit effectus, Dominus litis, [i] & potest liberè Procuratorem sibi alium substituere, si vult.

[h] c. 2. de. Proc. in 6.

[i] c. 1. § 1. de Proc in 6.

De Iuramento Calumniæ. C. XXVIII.

PRImus Actus, qui post litem contestatam, vel simul aliquando cum contestatione in Iudiciis seruari solet, est iuramentum, de calumnia euitanda. [a] Debet enim Actor iurare, quòd bona fide, & sine dolo agat. Reus verò, quòd bona fide respondeat. Et hoc Iuramentum calumniæ euitandæ, est adeò substantiale iudicii, quòd non possit per partes remitti expresse: sine eq; omitteretur, processus esset nullus: [b] tacitè tamẽ remitti potest, [c] veluti quando iuramentum non fuit exactũ: & sic non fuit iuratum in toto processu: qui tamen recusaret iuramentum eiusmodi instante parte facere; is si Actor fuerit, cadit ab Actione; si verò Reus, habetur pro confesso. [d]

[a] vt c. 1. § quamuis eo. tt. in 6.

[b] l. 2. § sed quia ib. Bart. Bald. C. eo.

[c] c. 1. eod. tt. in 6.

[d] l. 2. C. eo. & ibi Bart. Spec. eo. tt. & c. fi. § fi. ext. eo. tt.

Quid autem comprehendat in se eiusmodi iuramentũ, versiculi infrà scripti designant: quandoquidem iurans de calumnia, ea tenetur iurare, quæ his continentur.

Illud iuretur: quod lis sibi iusta videtur.
Et si quæretur: verum non inficietur:
Nil promittetur: nec falsa probatio detur,
Vt lis tardetur: dilatio nulla petetur.

Solennitas verò circa hoc iuramentum talis adhiberi consueuit

sueuit. Quòd iurans se credere, quòd iustè agat, vel quòd iustè se defendat, positis duobus digitis super Euangelium, iurat omnia prædicta, & hoc fit, si iurans est Clericus, [e] Si autem Laicus fuerit, tunc flexis genibus, & positis duobus digitis super imaginem Crucifixi iurare debet prædicta. [f] In episcopo tamen alia sollenitas seruatur circa iuramentum. qui quoties requireretur super testimonio dicendo, vel deberet iurare de Calumnia; tunc propositis tantùm Euangeliis, non verò tacitis iurare debet. [g] vel etiam aliter Episcopus, & personæ similes iurare poterunt, posita nimirùm manu suprà pectus. Quod quidem *Iuramentum ad positionem manus in pectore antiquum est*, hodieque à piis Christianis seruatur, quando in fide Catolica, quæ in Christo Iesu est, promittimus aliquid. Cur autem hoc modo, iuramentum factum sit validum, est ratio: quia *sola manus emissio est signum iurisiurandi*, quæ forma, iuramenti tempore Modestini I. C. fuit. [h]

[e] dd. in c. cum in causa tt. eo.

[f] Iason in aut. sacramenta. C. Si aduersus vend.

[g] d. c. cum in causa. ext. eo. & aut. sed iudex. C. de Epis. & cler.

[h] l. quidam ff. de Probat.

Et ex Prædictis obseruandum est, Iuramentum de Calumnia esse tantùm, super Credulitate, quòd credant partes causam esse bonam; non autem super veritate, quòd causam sciant iustam & bonam. Si enim de veritate hoc modò iurarent, periculum esset de periurio ab altera parte incurrendo. Hinc iura periuriis hominum obuiando, distinxerunt iuramenta. Aliud enim est *Litis decisorium*, de quo suo loco dicetur. Aliud est *Calumniæ*: aliud *Malitiæ*: aliud *Veritatis*.

Iuramentum *Malitiæ* est, quando quis iurat se non malitiosè vti probationibus. vel cùm iurat, quòd non malitiosè petat dilationes, vel quid simile: & hoc sæpè iteratis vicibus fieri potest, tàm ante litem contestatam, quàm pòst: qua etiam re differt à Calumniæ iuramento, quod non nisi semel lite contestata fit. Iuramentum verò *Veritatis*, hoc à cæteris differt, quòd in eo iuratur de scientia, quam iurans scit, & hoc seruabatur in cau-

in causis spiritualibus, vel annexis de antiquo iure: [i] hodie verò in talibus iuratur de vtroque simul: nimirum tàm de veritate dicenda, quàm calumnia euitanda. [k] Potest autem hoc iuramentum calumniæ hodie tàm ab actore & reo, quàm ab eorum Procuratoribus præstari. Sed quando Procurator iurare de calumnia vult, tunc opus est *habeat speciale mandatum à suo principali*, aliâs enim non admitteretur. Deinde debet *iurare Procurator in animam Principalis sui, & in animam propriam*, [l] quod quidem vtiliter iura adinuenerunt: quia Procurator calumniari potest. & quia hodie iuxta Baldum [m] non æstimantur eiusmodi iuramenta vno obolo: fortè propterea, quia Procuratores existimant suas animas talibus non ligari, sed constituentium: ideò vtiliter hæc praxis seruabitur; vt Procuratores iurent, tàm in proprias, quàm in constituentium animas: aliâs melius est remittit alia iuramenta, ne Dei, & Religionis contẽptores existantt, aliter iurantes. Hoc facto Notarius scribit: Anno, die, &c. Iuratũ fuit de calumnia per partes: vel earum procuratores, & articulabitur tali die.

i c. litteras ext. eo. tt.

k c. 1. § vlt. eo. tt. in 6. 1

l c fi. tt. eo. in 6 & c. 2. § 2. eo. in 6. Bart. in l. 2. C. eo. Spec. tt. eo. § restat

m l. si potest. C. de Euict.

De Termino ad Ponendum & Articulandum seu ad Capitulandum. C. XXIX.

TErminus ad ponendum seu articulandum à Iudice, post litem contestatam, & iuramentum Calumniæ datus, vocatur in iure *Dilatio*, quæ partibus conceditur; vt litigatores interim valeant causam, necessario processu positionum, probationum, ad faciliorem expeditionem instruere. Consueuit autem apud nos ita hic terminus peti, quando ordinaria via iuris seruatur: Postquam enm responsio facta est ad Libellum, & lis contestata, iuratumq;e de Calumnia est; tunc Actor vel

vel Procurator eius, ea quæ suo libello complexus est, & quæ per Reum negata sunt, probare debet, [a] & petet, vt iudex det terminum ad ponendum, & articulandum: Et hoc ita fit, si vtraque pars est præsens. Si verò Reus est absens, tunc Actor petit citationem contra Reum, vel eius Procuratorem, *ad ponendum, & articulandum, poniq; & articulari videndum, & audiendum decerni.* Vtilitas autem Positionum indè magna perspicitur. quia nulla commodior probatio esse potest, quàm propria alicuius confessio, ad quam ab aduersario depromendam, vsus positionum [b] conducit.

Pro euidentia istius termini, breuiter videndum est de definitione, & differentia, trium prædictorum vocabulorum. POSItio igitur ita in genere definitur: *Est breuis narratio factum continens ad eliciendam veritatem facta.* [c] vel: *Est pars intentionis, continens id, super quo quis petit ab aduersario responderi.* [d] & hodie loco Interrogationum adhibetur. [e] ARTICVLVS *est pars intentionis, continens id, quod quis probare intendit*, puta per Testes, per scripturas. [e] Et hinc patet, quòd Positio & Articulus sit idem in substantia, differt verò quòad finem. *Positio* enim in effectu, respicit solam cõfessionem partis, & fit per verbum *Ponit*, ad eum finem; vt ponens releuetur ab onere probandi, si pars confiteatur. *Articulus* verò in effectu, arctat ad respondendum, sicut articulus fidei arctat ad credendum, vt gl. c. 2. de Test: in 6. & fit per verbum, *Probare intendit*: & respicit probationes faciendas per testes, scripturas; in casu quo Positiones negantur. Hinc de iure talis ordo deberet esse, vt priùs Positiones fiant, & ad eas producendas terminus daretur. Ad producendum verò Articulos, detur alius terminus. [f] quod tamen in Praxi hodierna non est, & confunditur simul vterque terminus.

CAPITVLVM est, quòd comprehendit *Positionem & Articulum*

a l. Doccancillam C. de rei vendi. l. ei qui dicit. ff. de Probat.

b dd. in c. 1. & 2. de confes. lib. 6

c Spec. tt. de Posit. Maran. in prax. adnocat. p. 6. Bald. l. 2. C. de iur. cal. § quod obseruari col. fi.

d Bald. l. generaliter. C. de reb credit.

e Bal. d. loco Card. in Clem. sæpè de verb. sign. n. 3. q. 1. & gl. in c. 2. de Testib. in 6.

f Card. in d. Clem q. 6. & 7. Bal. d. § quod obseruari Alex. l. interstipulantem ff de verb. oblig.

ticulum simul: Vnde terminus datus ad *Capitulandum* iuxta Baldum, censetur esse datus ad ponendum, & Articulandum. Terminus verò datus ad ponendum, non dicitur esse ad Articulandum, nec è contra. Apud nos communiter iste terminus non seruatur ad Capitulandum, nec Capitulis vtimur, sed Articulis & Positionibus, in iure tamen sæpius *Articuli Capitula* vocantur. g Vsus verò Capitulorum proprius est, *in inquisitionibus* faciendis: nam super his inquisitio formatur, & officium inquirens, intendit super his intentionem suam probare contra Reum inquisitum.

g tex. in c. tuas. & ib. Abb. col. fi. de testi.

ACTVS PRACTICVS TERMINI AD *Ponendum.*

Adueniente Termino ad ponendum, Actor vel eius Procurator comparens sic dicit. Reuerendissime Domine. Ego Procurator principalis mei N. compareo, & produco exhibeoque eiusmodi Posittiones, & Articulos realiter, & in scriptis vel verbo. (Si autem non habet Positiones secum) cum protestatione de plenius dando, faciendo, loco, & tempore congruo &c. petens mihi decerni citationem contra talem N. partem aduersam ad dicendum, & excipiendum contra huiusmodi Positiones & Articulos. Hocfacto iudex dabit, ad Secundam d. i. in prophana ad octauam diem. Si autem Reus aderit, tunc in iudicio dicat Actor. Et peto præfigi parti aduersæ, hic in præsenti terminum ad dicendum, & excipiendum contra Positiones, & Articulos. &c.

Exhibitis Articulis, Reus petat decerni sibi copiam Positionum ad statim, vel ad aliquot dies, vt suprà patuit ad 2. d. i. vel ad 8. vt autem cognoscant iuniores, qualiter sint concipiendæ *Positiones & Articuli*, specialem formam *Positionum* infrà ponemus, præmonitis quibusdam circa formationem earum.

Qualiter, & super quibus Positiones fieri debent C. XXX.

v. d. mand. 106.

POsitiones & articuli debẽt fieri super contentis in libello, vel ad ea pertinentibus, vel pertinere valentibus. a Super aliena verò materia, quæ non est comprehensa in libello, non debet positio deduci. Ponens itaque, semper habeat libellum præ oculis, & ex illo Positiones extrahat: vel si articulatum libellum produxit, eundem reproducat dicens. Satis faciendo termino hodierno repeto libellum meum, loco positionum, & Articulorum, & peto citationem, contra partem decerni, ad dicendum, & excipiendum. &c. *vel* Peto cogi partem ad excipiendum.

a *de hac materia tradit Spec. tt. eo. Bald. in l. generaliter. C. de reb. cred. gl. & dd. in c. 2. de testi in 6. Abb. in c. cum causam de Iura. calum.*

Et vt scire possit Iudex & Reus, quæ Positiones & Articuli admitti debeant in Iudicio, & quibus respondendum sit, breuissimè qualitates earum perstringamus.

Primò igitur ex parte Actoris debent esse Positiones, quòad fundandam eius intentionem, sicut ex parte Rei, quòad extenuandam Actoris intentionem. b

b *c. 1. 4. q. 4.*

2. Positiones debent esse, super Proprio facto aduersarii, c non super Iure tertii, nisi factum tertii, faciat ad causam: quia tunc Positioni tali respondebit pars: d dato ei termino, vt possit se informare super alieno facto: cùm in hoc præsumatur esse probabilis ignorantia. d

c *Io. And. in add. ad Spec. § 7. eo. tt.*

d *Archid. in c. ponderet. 50. dist. c. ab excommunicato ext. de Reser.*

3. Positiones nõ debent per verba negatiua concipi: hæc siquidem negant factum: negantis autem factum, nulla probatio est directa. e

e *c. bonæ memoriæ de Elect. § contra. & c. quoniã de Probat.*

4. Non sunt concipiendæ alternatiuè, f nec etiã confusè.

f *l. ita fidei. ff. de Iure fisci.*

5. Non debent esse generales, quia generalitas obscuritatem parit.

6. Non debent esse contrariæ, cùm in Iure non audiatur contraria proponens. [g] Item non debent esse captiosæ, nec contra naturam.

7. Positiones non debent esse obscuræ. [h]

8. Non debent fieri interrogatiuè: & ratio est: quia is qui ponit fatetur, non is qui interrogat. [i] Et hinc patet differentia inter positiones & interrogationes, quæ olim in iudicio fiebant, & loco quorum, *Gregorius Nonus*, Positiones adinuenit; [k] quarum talis forma est, dùm offeruntur.

[g] *c. solicitudinem in fi. de Appel.*

[h] *ita Bald. in l. tres denunciationes. C. quom. & qu. iud.*

[i] *Gemin. in c. 1. de confes. in 6.*

[k] *c. dudum, il. 2. de Elect.*

FORMA POSITIONVM SVPER CONuentionali Libello.

COram vobis &c. Procurator, & eo nomine R. D. Abbatis, ac totius Conuentus Monasterii, Ordinis N. &c. huius causæ Actoris; ad omnes fines & effectus; sibi partíque suæ; magis vtiles, & prodesse valentes; Positiones & Articulos infrascriptos; &c contenta & descripta in eis; omnia, & singula; dat, exhibet, facit, & producit; coniunctim, & diuisim; narratiuè, & dispositiuè: Quibus in quantum positiones sunt, per partem aduersam, singulariter singulis, particulariterque, ac diuisim, medio suo iuramento, clarè & sufficiemter, per verbum credit, vel non credit, aliàs pertinenter, ac in forma Iuris petit responderi: In quantùm verò negati fuerint, sicque in facto consistant, & probatione egeant, se ad probandum admittí: Citra tamen onus, superfluæ probationis, de quo protestatur. Hic formentur positiones &c. prout suprà in Libello Articulato dixi. Has positiones. &c. Saluo iure. &c. Et protestatur. &c.

FORMAE POSITIONVM SVPER REconuentionali Libello.

POsitiones fiunt, nonnunquam ab vtraque parte, hinc inde: [l] & hoc fit ideò: quia succedunt loco probationum, vt dictum est antè: Formabit autem reus, eodem modo super libello, positiones sicut & Actor

COram vobis. &c. Procurator vt suprà.

IN primis ponit. &c. quòd à X. XX. XXX. & Centum annis &c. Pone de existentia Parochialis Ecclesiæ, quòd sit in tali Diecœsi habens Parochianos. &c.

Item ponit, quòd de iure communi, Præfato Presbytero, Parochiali nomine, Iure & ratione, suæ Parochialis Ecclesiæ spectauerunt, & pertinuerũt, spectant & pertinent omnes Decimæ, nascentes & crescentes, etiam Noualium in villa N. idemque Presbyter, cum antecessoribus fuit, & est in pacifica, vel quasi possessione, dictas Decimas, leuandi, percipiendi, habendi, salua contradictione, de qua infrà. &c.

Item ponit, &c. quòd D. Abbas, & Conuentus Monasterii N. præmissorum non ignari, imò scientes de iure, eas decimas, ad dictum Plebanum pertinere, nescitur quo spiritu perturbauit, molestauit, perturbat, molestat, dictum Presbyterum, & Ecclesiam eius: opponitque se, ne idem Presbyter, & Ecclesia sua sit in pacifica possessione dictarum decimarum in periculum animæ suæ. &c.

Item ponit, quòd de his omnibus, publica sit vox, & fama. Has positiones. &c. Saluo iure. &c. Et protestatur. &c.

[l] *c. vnico. de fit. cont. c. dudum. il. 2. § partibus de Elec.*

OBLATIO POSITIONVM

POsitionibus hinc inde oblatis, coram iudice in scriptis, Notarius actum signat, eo modo.

Anno Die. &c. Actor talis, vel eius Proc. comparuit coram R. D. & Positiones, & Articulos obtulit in causa Decimarum; petiitque reus copiam sibi decerni, cum termino ad dicendum contrà: aliâs ad respondendum. & R. D. terminũ præfixit ad Octauam. Præsentibus, &c. Eodem modo fiat quoties reus offert positiones.

De Termino ad dicendum contra Positiones, & Articulos. C. XXXI.

HIc terminus de praxi hodierna habetur pro eodem cum Termino ad respondendum, qui, vtique si benè rem perpendamus, ab illo differt. Nam cùm responsio ad positiones non debeat fieri, nisi admittantur articuli, seu positiones; ex eo constat hunc terminum [1] ad dicendum, esse diuersum à termino, [2] ad respondendum. Nec potest defendi illorum Iudicum factum, qui oblatis Positionibus mox interloquendo dicunt: *Admittimus positiones, & copias partibus decernimus.* Hic enim processus nullus est, & iste iudex magis suo sensu iudicat, quàm legibus, quod & iniustè facit: siquidem nemo onerandus est superflua probatione, vel etiam responsione. [2] Ad abusum ergo hunc tollendum, de hoc termino pauca afferemus ex sententia practicorum.

ACTVS PRACTICVS TERMINI AD *dicendum.*

Adueniente termino ad dicendum & exipiendum, contra Articulos, Procurator Rei vel Reus, verbo, vel in scriptis, cum protestatione de latius dando, si ad præsens exceptionibus careat, excipiet dicetque, non esse admittendos Articulos, cum sint impertinentes, vagi, contrarii, confusi, impliciti, incerti, & obscuri, &c. *Ex aduerso.* Actor copiam exceptionum petet decerni, & terminum ad Replicandum statui; postea verò Reus copiam Replicationis petat, cum Termino ad *Duplicãdum:* Similiter Actor ad *Triplicandum*, Reus ad *Quadruplicandum*, vt suprà de Replicat. dixi. Isti autem termini ad Duplicandũ, Triplicandũ, sunt positi, in arbitrio Iudicis, qui pro qualitate causæ, personæ, admittet vel negabit Replicas & Duplicas. Et ratio est: quia isti termini, non habent in iure statutum terminum: & satiùs esset abbreuiare eiusmodi damnosas Procuratorum duplicas. Si autem partes exhauriantur eiusmodi replicis, vel renunciauerint vlteriori processui replicationum, Iudex super omnibus materiis, vnica interloquutoria interloquetur: sic. videlicet: An sint Positiones admittendæ vel reiiciendæ: & petet Actor ad interloquutoriam audiendam terminum, ad [b] statim, vel ad primam. Quo adueniente, vel statim dato, Iudex ita concipiat sententiam.

Interloquutoria

Articulos talis Actoris, aut etiam Rei in tali causa, coram nobis exhibitos admittimus, ad respondendum. saluo Iure de impertinentibus non admittendis.

Hæc sententia ideò sic cautè concipienda est, cùm *Clausula Saluo*: quia cauti Iudices, eo modo procedentes, solent admittere pertinentes Articulos, reiicere verò impertinentes. [a] Et ad similes interloquutorias attendere debent iudices in talibus casibus, propterea; vt post appellationem ab interloquutoria, remittantur partes ad eundem, à iudice. *Ad quem.* Nam vt antè dicta paucis repetamus, [b] post interlocutoriam iudicis, Reus vel Actor, potest Appellare, præsertim cùm sententia habet vim

[1] l. 1. infi. ff. de test. & c. bonæ. § contra ve. de fac. & c. cum vitionen. ext. de Elect.

[2] l. 1. ext. De Constitut.

[a] Innoc. c. cũ contingat de off. deleg. Spec. eo. tit.

[b] vt sup. de Posit. de Proc. & app. post inter.

bet vim deffinitiuam, vel grauamen continet. Hinc si impertinentes erant positiones, & iudex eas admisit, tunc pars est grauata: super quo grauamine pars protestetur in iudicio etiam appellando, vt suprà. Et si appellandus obtinuerit in causa appellationis, videlicet, quia pronunciatur benè appellatum esse, tunc tota Principalis causa deuoluitur ad iudicem ad quem. [a] Et ratio est, cur ad primum non remittitur. *Quia iudex, semel malus grauando, præsumitur peior esse in futurum.* Qui ergò cupit de tota causa cognoscere, ita in admittendis articulis procedat, vt suprà

De Termino ad respondendum Positionibus per Iudicis Interlocutoriam, iam admissis. C. XXXII.

ADMissione facta Articulorum pertinentium, & partem releuantium, consequenter partes, ad respondendum deueniunt. Et adeò iura astringunt partem, && arctant ad respondendum positionibus; vt contra contumacem possit procedi, ad excommuuicationem, & ad alias pœnas. Quod quidem Praxis Curiæ Romanæ etiam hodie obseruat. [2] Pars enim quæ porrigit Articulos, siue Actor sit, siue Reus, solet obtinere Monitorium, contra Aduersarium, vt infrà triduum, medio Iuramento, singulariter singulis, per verbum credit, vel non credit, sub excommunicationis pœna respondeat: & nisi responsionem faciat elapso triduo, ad pœnas in Monitorio contentas, proceditur: vt tædio excommunicationis cogatur respondere: quæ si per decem dies excommunicationem passa fuerit, ad pignorum captionem proceditur, & ad brachii secularis inuocationem; vt metu præmissorum citiùs faciat, quod metu excommunicationis hactenùs facere neglexit.

Hæc de Praxi Romana: apud nos ob denegationem istius auxilii, *frustranea est hodie brachii secularis inuocatio*; & per solam

solam excommunicationem contra contumaces proceditur.

Qualitercunque tamen sit, in actu istius termini practico, obseruandum erit, ex Consistoriorum aliorum, & nostrorum praxi; vt partes compellantur respondere positionibus medio iuramento credulitatis, nimirum per verbum *Credit*, vt suprà. Si verò non comparuerit pars, tunc contumacia eius accusetur, & potest peti Monitorium contra contumacem, vel citatio de nouo, vt infrà primam Iuridicam respondeat; qua die lapsa, si monitus respondere neglexerit, potest eundem pars peremptoriè citare: quo sic non respondente, positiones datæ in pœnam contumaciæ, pro confessatis habentur, & erit procedendum contra contumacem, ac si confessus esset positiones. [b] Quod totum intelligitur, si ad mandatum Iudicis pars respondere nolet: *id est*, Si comparens in termino, ex mandato Iudicis, non respondeat; tunc enim seruato processu Monitorii, & citationis expediendæ, proceditur contra non respondentem, tanquam contra confessum. Secus verò fit, si ad solam citationem quis non respondeat: quia proceditur contra eum, tanquam contra contumacem. Itaque, qui vult positiones suas pro confessatis habere, studeat partem moneri per Iudicem, in facie iudicii, & ea omnia seruentur, de quibus antè.

Quis verò respondere debeat, principalisne pars, an eius procurator, toties in iudiciis quæritur. Et vtilis est *Romana praxis antiqua, vt pars principalis respondeat. Vnde si procurator sit litigiosus, rixosus, malitiosus, sine conscientia, quales sunt ij, qui in Consistoriis expectant lites, & qui iniustas defendunt causas, modò lucrum capiant; tunc non procurator, sed pars principalis induci debet ad respondendum, veluti iustior*, & quæ merita causæ meliùs nouit, quàm procurator. Quod ex ordinatione Cancellariæ Magni illius Cardinalis RADIVILI, qui huic muneri obeundo, Admodum R. D. NICOLAVM

LAVM DOBROCIESKI, I.V.D. & Professorem, Cracouien & Sandomirien Canonicum, magnum Vniuersitatis Crac. ornamentum & decus, præfecerat, seruari vidimus. Sæpè enim calumniæ litigiosorum reprimebantur his verbis: *Respondeat principalis, & non tu, ille enim merita negotii melius nouit, &c.* Et hoc casu tenetur principalis respondere. [c] Quod tamen in *idiota rustico, seu villano*, singulariter limitatur. [d] tunc enim procurator potest eum instruere, ne ob simplicitatem suam decipiatur.

[c] gl. in c. 1. de Iudi. in 6. insi. [d] Host. c. de Iudi.

Rudes excipiun

Sed is, qui respondebit positionibus, nosse debet, quòd non omnibus, nec ad omnes tenetur respondere. Criminosis enim positionibus impunè nullus respondere cogitur. V. G. Si quis ponat: Pono, quòd talis sit adulter, fur, latro, homicida, &c. eiusmodi positioni non cogitur aliquis respondere, nisi sit publicum crimen: aliàs enim se diffamaret. [e] Similiter, quando non sunt pertinentes, nihil inferentes, nihil concludentes; tunc enim nemo cogitur talibus respondere. V. *G. Si dicat* pars: Pono, quòd sit, vel non sit, Rex Cracouiæ; hinc enim non sequitur, quòd sim raptor decimæ tuæ. Idem dic, si iuris sit positio, veluti: *Pono, quòd ille testator legittimè, secundùm iuris ordinem, vel ritè processerit.* vel, *Pono, quòd decimas canonicè percipio*: nam quoties talia verba iuris scribuntur in positione, tunc positio est iuris, & non respondetur [f] ei. Quoties ergo prædicta vitia occurrunt in positione, vel quoties est *cauillosa, Captiosa, Remota, Transposita, Alternatiua, Dependens, Impossibilis, Negatiua*, toties pars contra quàm ponitur excipiat de ea, vel generaliter contra omnes argumento eorum, quæ suprà à nobis dicta sunt. [g] fol. 99.

[e] Bart. in l. Marcellus § 1. ff. rer. amot. & l. fin. ff. de resc. quib. ex indign.

[f] Bart. & Castr. n. 9. l. vni. C. de Confes.

[g] vt sup. qualiter & super qui pos.

FORMA RESPONSIONVM AD *Articulos.*

COram vobis &c, Saluo iure impertinentium, & non admittendarum positionum, & prætensarum materiarum, articulorum, in causa Decimarum, vt prætenditur occupatarum: & protestatione facta, quòd pro nō responso habeatur, si alicui de iure non foret respondendū & quatenus illa pars aduersa dederit per iuramentum, & siue sufficienter responderit, & non alias, quibus saluis procurator nomine quo suprà respondet, vt sequitur.

Vel aliter: Responsiones has dat producit procurator Saluo, &cæt.

Ad primam, &c. Non credit, aliâs doceat.
Ad secundam. Dependens est.
Ad tertiam. Generalis, & dependens est.
Ad quartam. Prout pro parte sua est credit.
Ad quintam. Non cadit in eam responsio.
Ad sextam. Illatiua est.
Ad septimam. Non credit vt ponitur.
Ad vltimam. Generalis est.

Et quatenus per præmissa non fuerit satisfactum, nec sufficienter responsum, respondet per verbum non credit vt ponitur. Saluo &c. Et protestatur. &c.

Notarius signat.

Anno &c. A respondendo Positionibus B. ad primam, septimam non credit esse veras: alias verò esse dicit illatiuas & dependentes: & protestatus est, quatenus pars medio iuramento, articulos det & producat. &c. Ponens verò petit copiam responsionum.

FORMA DANDORVM ARTICVLO- *rum per iuramentum.*

SAtisfaciendo importunitati partis aduersæ, & mandatis vestris R. D. parendo, Procurator, nomine, quo

suprà, positiones & articulos, de iure suo, aliâs loco declarationum, in hac causa datis, sublatis contrarietatibus, si quæ in illis reperiebantur, quas approbare non intendit, salua informatione, meliore superueniente, iuxta informationem sibi datam, credit fore veros per iuramentum; & hoc dum modò, ipsa pars aduersa sufficienter dederit suas responsiones, & exceptiones etiam per Iuramentum, &c. *Si verò aliquis post datas positiones easdem corrigere vellet: tunc dicat, vt in forma.*

Correctio Positionum Libelli.

FORMAE CORRIGENDORVM ARticulorum.

COrrigendo, emendando, in melius reformando, sub protestatione, de emissione aliarum positionũ. &c. aliâs pro examine testium. &c. in causa decimarum Procurator tollit, remouet, resecat. hæc verba, & loco eorum ponit alia &c. Hic reformantur erronea verba.

QVID SIT AGENDVM PONENTI, *post Responsiones datas.*

Ponens. 3. Litis offa sint. Responsiones examinandæ. 1

POnens accepta responsionis copia, diligenter primò considerabit, satisné benè responsum sit positionibus suis, vel non. Et si erunt declarandæ positiones suæ, vel corrigendæ, vel per Iuramentum dandæ; tunc præmissis vtatur formis. Si verò non petierit pars declarationem, vel iuramentum; tunc primò aduertat, satisné plenè, perfectè, sufficienter responsum sit, an obscuritas sit in aliqua responsione. Et si aduerterit 2 prædicta in responsionibus: tunc excipiat contra responsiones hoc modo

Excipiendo contra Responsa.

Procurator &c. Contra responsiones, generalia dicit verbo contra, allegans quod insufficienter sit responsum ad Articulos, refferendo se ad eosdem.

Et petit

Et petit super hoc interloqui.

Interloquitur Iudex.

Hic Notarius scribit actum, & Iudex interloquitur in hunc sensum.

Interloquendo super materiis responsionum & exceptionũ, in Causa decimarum, inter N. & O. datarum &c. per hanc Interlocutoriam, quam verbo ferimus, pronunciamus responsiones dicti N. esse admissibiles & admittendas, quas admittendo, approbamus: super negatis, partem ad probandum admittendo.

3 Petenda Litis Super Confessatis Positionib.

Secundò, Aduertat ponens: An omnes positiones suæ, sint confessatæ, an aliquæ. Et si per confessatas posit probari sua intentio; tunc petet pars Iudicem, vt super confessatis sententiam ferat. Quòd si autem viderit pars, non esse confessatas ita suas positiones; vt per eas ad sententiam deueniri posit; tunc petat se, ad probandum negata admitti, quòd de iure obtinebit ad quindenam, iuxta qualitatem causæ. Si autem per testes voluerit probare; tunc dicere potest, vt sub prima & secũda dilationibus, admittatur ad probandum. Sed de hoc infrà.

4 Vel petenda Litis Super Negatis.

De Probationibus. C. XXXIII.

QVoniam negante Reo, incumbit probatio parti dicenti: [a] ideò post responsionem negatiuam, ad Articulos, tractandum est de Probationibus: Est autem probatio, rei dubiæ, in iudicio legittimè facta declaratio: [b] Nam cùm per Responsionem ad positiones non est sufficienter probata ponentis intentio; opus est externis rerum adminiculis, per quæ veritas deprehendatur. Quod quidem onus probandi, cùm Actori incumbat: [c] *negantis enim factum per rerum naturam nulla est directa probatio*: [d] Ideò huius probationis, duo esse genera sciendum est. Alia enim *Plena & iusta Probatio*: Alia *Semiplena*. [e]

[a] *l. ei qui dicit ff. de probat. l. Actor. C. eo.*

[b] *Spec. tt. eo. & Samot. in proces. lo. An.*

[c] *d. l. ei. & l. Actor.*

[d] *c. bonæ. il. p. ext. de elect. & quoniam de prob.*

[e] *dd. in Rub. C. eo.*

S. Probatio Duplex

Plena probatio est, quæ tantam fidem facit, quanta ad definiendam controuersiam est necessaria, & quanta sufficit. Huius verò sunt sex Species. *Confessio, Testium productio, Instrumentorum editio, Facti euidentia, Iuramenti præstatio, Præsumptio legittima.*

Semiplena est, per quam rerum gestarum, fides fit iudici: sed non tanta, quanta requiritur: & proinde, ad supplementum eiusmodi probationis, decernitur iuramentum: [f] Eius sunt sex species. 1. *Vnus testis probatæ vitæ.* 2. *Fama*, quæ probata vnius testis de veritate deponentis testimonio, iustam probationem facit. [g] 3. *Sculptura*, [h] in lapidib. vel imaginib. facta, quæ accedentibus aliis adminiculis probat: hinc illud: *Quod quæ non possunt singula, multa iuuant* 4. *Litterarum comparatio*, [i] quæ sine testibus, non plenè probat quia *scriptura vitio atramenti, calami, ætatis, valetudinis frequenter mutatur.* 5. *Priuata scriptura.* [k] 6. *Corporis inspectio*: [l] Cui tamen sine Iuramento non creditur: *hinc obstetricũ oculus & manus, virginitatem asserit, & habitus corporis pubertatem ostendit.* Actor itaque, termino ad probandum occurrente, diligenter videat, quonam modo ex prædictis probationum speciebus, articulum negatum probare debeat; coneturque omninò suam intentionem probare, scitturus quòd *Actore non probante, Reus absoluitur*: [m] *& in expensis eidem condemnatur.* Quidam verò addunt, quòd, & rei adiudicationem Reus consequitur, in quo hucvsque magna est dissensio Doctorum: [n] In praxi tamen sic vsus obtinuit, quòd actore deficiente in probatione, si reus probat eam rem esse suam de qua agitur; tunc adiudicatoriam obtinet, quæ sententia est Innocentii: [o] cui Abbas aduersatur cum Ioanne Andreæ.

DE DILATIONE *præstanda ad hunc terminum obseruandum, nihil certi dici potest:* Nam licèt iura concedant

[f] Bal. l. de quib. ff. de Legi.
[g] gl. in c. veniens, ver. illorum de testi.
[h] gl. in c. cũ causam. ext. de prob.
[i] l. comparationes. C. de fi. instr.
[k] inf. de instr. edit.
[l] l. proposuisti de proba. c. pubertes. de desp. impu.
[m] l. qui accusare. C. de eden.
[n] Innocent. in c. ex conquestione. ext. de rest. spol. dd. in l. Pomponius § sedet is. ff. de Procur.
[o] d. c. ex conquestione. & Immol. ibi.

cedant dilationem ad probandum per testes, aliquando tres Menses, si sunt in prouincia testes; aliquando sex; si sunt extrà, aliquando nouem, si sunt vltra mare: tamen hodie, iste terminus est arbitrarius. [p] Iudex ergò de consuetudine Consistorii, vel ex arbitrio suo, pro qualitate causæ, & testium abbreuiabit & prolongabit tempus, [q] qui vtique cauere debet, nè nimis terminum arctet, vel differat: quia hoc modo grauaretur pars, & posset protestari, & appellare à tali grauamine.

[p] Menoch. lib. 2. de Arb. iud. c. 90 & l. 1. C. de dilat.
[q] vt not. in c. cũ sit romana. ext. de App. & c. 2. de dilat.

De Confessione Partium. C. XXXIIII.

NVlla est efficacior probatio, quàm propria partis confessio; quæ tamen propriè de iure loquendo, non est probatio, sed probationis releuatio. [a] Vbi enim adest confessio, ibi non est necessaria probatio. verùm cùm inter species probationum numeretur; de ea iuxta ordinem cœptum nonnulla dicemus. Confessio itaque nihil aliud est, quàm delicti vel debiti aut facti recognitio. [b] Et quia confessio consueuit esse in iudicio, vel extra: ideò eadem duplex est: *Iudicialis* vel *Extraiudicialis.*

IVDICIalis est, quæ coram iudice fit, & plenissima probatio talis confessio est: qua facta, pars à iudice condemnatur, in eo quòd fatetur: [c] pro hac iudiciali confessione, notandum est: quòd licèt sit præiudicialis parti confessio, quia per eam condemnatur: tamen iura indulgent; [d] vt semel confessio facta, reuocari possit: & hoc fit tunc, quando pars probabiliter errat, de quo errore quoties eum allegat, docere debet: [e] Quæ quidem probatio de errore, ideò admittitur; quia nihil magis ita opponitur scientiæ, & confessioni, quàm error: *Is enim qui errat, vtique non fatetur.* Exemplum poni potest in positionibus: nam qui ponit, fatetur: si tamen in positione erraret, reuocationem positionis & confessionis facere potest

[a] gl. in reb. ext. de Confes.
[b] Siluest. in sua sum. ver. confessio.
[c] c. præterea. 11 2. de Transac.
[d] l. error. ff. eo. l. non patitur. C. de in. & fac. ignor. & c. fi. ext. eo.
[e] l. ei qui. ff. de Prob.

test, modò id fiat sine dolo & culpa, & ante sententiam: post sententiam enim reuocans, non auditur; nisi sit restitutus in integrum, quod fit per illam *Clausulam, si iusta causa videbitur*, &c. Verùm quòd de errore dicitur, posse eum reuocari, id intelligitur de errore facti, non de errore Iuris. *Error enim iuris indistincte præiudicat*: [f] nec eius prætextu reuocatur propria confessio: [g] nemo siquidem, ius ignorare debet, nisi sit *Miles, Fœmina, Rusticus, Monachus*: in his enim personis, error iuris non reputatur pro lata culpa, sicut etiam *minori 26. annorum, coacto, ignoranti*, & ei qui aliquid confessus est in eo loco, vbi ius non fit, vel coram hoste; vel si quid incertum, contra fauorem & iuris dispositionem, ac naturam fassus est; nihil præiudicat propria confessio: quod etiam patet ex illo versu, in quo continentur illæ personæ, quibus nocet sua confessio, & sunt istæ: [h]

Maiòr, sponte, sciens, contra se, vbi Ius fit, & hostis:
Certum liq; fauor, ius, nec natura repugnet.

Et toties prædictis personis propria præiudicat confessio, quoties eam faciunt per se in iudicio: per procuratores enim facta confessio, non adeò nocet principali. [i] Hinc propria confessio, prætextu ignorantiæ Iuris, non reuocatur; secus fit in procuratoris confessione. Deinde propria confessio impedit Appellationem, & facit pro iudicato haberi; secus in confessione Procuratoris. *Item*, propria confessio nocet, in alia causa; non sic procuratoris [k] Cauti ergo sint principales in confessionibus per se faciendis: vel etiam in mandato dando ad respondendum. Nam confessio facta iuxta mandatum ipsius principalis, dicitur esse ipsius principalis non procuratoris: nec reuocantur tales confessiones, præsertim si iuratoriæ sint; vt in positionibus, quæ per iuramentum dantur, accidit: *nisi in Beneficialibus & Matrimonialibus causis, & in iis, quæ periculum*

f *d. l. error.*
g *l. 2. ff de confes. vbi gl.*
h *gl. in c. fi. ext. de confes.*
i *vestr. lib. 5. c. 16. n. 1. & seq.*
k *vest. d. c. & Spec. tt. de confes. § videndum. ver. nunquid.*
l *Aegid. dec. 695 fatetur ex conf: proc. Felin. in c. 1. eo. tt.*

lum animæ concernunt, [m] tunc enim iurans pars super errore in confessione admisso audietur, & dabit alias positiones: in prophanis verò non idem erit, in quibus semel iuratis confessionibus stabitur semper. [n]

m *prout. Vest. d. loco. n. 5.*
n *c. cum in positionibus, de conf. in 6.*

Hæc de Iudicialibus Confessionibus.

DE EXTRA Iudiciali illud addendum est, quòd confessio facta extra iudicium, nec coram Iudice, si producatur in vim probationis; aliquando habet effectum plenæ probationis; aliquando præsumptionem parit. Si enim in ciuili causa presente parte, & in præsentia duorum testium, aliquid pars recognoscat, plena est probatio. [o] Et solet in Praxi sic seruari, prout in facto quodam Romæ vidi. *Cùm enim quidam mutuo dedisset alteri certam pecuniam, nec per scripturam, & testes constabat de mutuo, illudq; recognoscere noluit in iudicio debitor*: Creditor vsus consilio peritorum, *accepit duos testes secum rogatos, petens, vt interessent collocutioni partis super debito contracto, & vt diligenter auscultarent ea omnia, quæ idem Creditor cum debitore suo cõferret: cum quibus accedens Debitorem in domo eius fecit mentionem de debito. Debitor verò mox rogare cœpit, vt tempus ad solutionem prolongaret: quod debitum dum idem iudicialiter exigeret, debitor verò negaret, creditor super confessione eius, testes dictos induxit, & in causa obtinuit.* Aliter quoque practicatur eadem extra iudicialis cõfessio. *Debitor enim negans debitum, nec confitens illud coram Iudice & testibus, creditor vti potest ea arte: occultare testes in angulo alicuius partis domus ipsius debitoris, & circa eundẽ locum, vt exaudiant testes, debitorem alloqui de debito. Debitor enim sic agnoscet, soluere cogetur, & hoc remedium datur, cõtra fallaces debitores, qui talibus testibus conuincuntur.* Testi enim per Cortinam, vel in angulo occultato audiẽti, quoties de-

o *Io. And. in Rub. de Prob. Socin. cons. 228. col. 1. vol. 2. Alex. cons. 2. vol. 4. col. 1.*

ponit, creditur,[p] præsertim in contractibus inter viuos. [q] Si verò fiat parte absente confessio, & posset probari per duos testes, tunc præsumptionem, seu semiplenã probationem facit. [r]

[p] Bart. in l. Si non speciali. C. de Testa. & l. 2. § idem ff. de Aq. plu. ar.
[q] Ita Castr. d. l. 2.
[r] gl. & Abb. in c. fin. col. 5. de Succe. ab intes. Mara. in prax. adu. Alex. cons. 24. vol. 2. & 36. vol. 5.

De Testibus. C. XXXV. f. 157. f.

MAgna vis est testium in iure; quibus partium intentiones aliquando infirmantur, aliquando roborantur.

De quibus, cùm multi tractatus [a] suos fecerint, pro introductione tyronum, in actu practico succinctè de illis agam, & primò, quo ordine introduci debent.

[a] Spec. tt. eo. Bart. in trac. testium. Lanfr. in c. quoniam de Prob. Mar. tt. eo. in sua prax.

Dato itaque termino ad probandum, pars quæ fecit articulos, facit citari testes, quos nominauit coram iudice, vt veniant ad iudicium, tali die iuridica, Ad iurandum & deponendum testimonium veritatis, coram iudice, super articulis præsentatis, & negatis per partem. Deinde pars eadem facit citari aduersarium seu reum, vt compareat eadem die, Ad videndum iurare testes, [1] & excipiendum contra personas eorum, [2] & ad interrogatoria danda; [3] si quæ dare vult. &c. Et hæc est Praxis, Consistorii nostri. Et quamùis regulariter Testes non recipiantur, nisi lite contestata: consueuerunt tamen in casibus exceptiis recipi ante litem contestatam.

1. Quando timetur de morte testium.
2. Quando timetur de diuturna absentia.
3. Si cognoscatur de electione alicuius facienda.
4. Si agatur de matrimonio, & qui conueniendus est, malitiosè se absentat.
5. Si agatur in modum inquisitionis, de crimine alicuius.
6. Cùm suscipiuntur, ad memoriã præteritorum seruandã.
7. In Contumaciam partis, lite non contestata induci possunt testes.

8. Cùm

8. Cùm agitur coram iudice appellationis.
9. Si impediatur actor agere propter iuramentum interpositum.
10. Cùm spiritualis causa, post mortem alicuius vertitur. v. g. Si quis bona sua Ecclesiæ dederit: lite enim non contestata, testes recipiuntur.
11. Vbi publicum commodum offenditur.
12. Vbi de statu Ecclesiæ agatur, & de libertate: De his casibus vide c. quoniam: ext. vt lit. non cont. & ib. gl.

Fit autem citatio testium, per iudicem ideò; vt appareat, quòd non spontè se testes ingerunt, ad testificandum; sed auctoritate iudicis coacti: [b] *spontaneus siquidem testis, & vltrò se ingerens, est suspectus de falso.* [c]

[b] vt ext. in tt. de Test. cogen.
[c] Bart. in l. post legatum. § his vero. ff. de his quib. vt indig. l. insiurando. C. de testi.

Requiritur etiam in citatione clausula, ad videndum iurare testes: quia omnis essentia testimonii, in iuramento consistit: [d] & hoc adeò est verũ, vt si testes à iudice recipiantur, sine præsentia partis non contumacis, admissio & receptio, nihil valet; nec quicquam ipsorum iuramentum valet, nisi præsente vel contumace parte. [e] Et pro hac re habemus nos consuetudinem & praxim nostram, secundùm quam citatur pars.

[d]
[e] c. 2. vbi Abb. tt. eo.

AD AVDIENDVM *seu videndum iurare testes* &c. consueuitque statim, contra personas testium, pars opponere, vel protestatur circa admissionem illorum, de *salua oppositione facienda, tàm contra personas testium, quàm dicta illorum.* Quo termino aduenient, si comparent testes, iudex eos admittit, ad iurandum & examinandum, auditque eos, vel alicui cum notario committit audiendos: quamùis apud nos aliquando solus notarius audiat. Consulunt tamen Doctores, vt alia persona notario addatur: fieri namque nequit, vt notarius scribens dicta testium, possit aspicere vultum ipsorum continuè, qua facie deponant, titubentné vel non; quæ

in testibus sunt aduertēda, & ab examinatore omnia notanda, vt infrà dicetur. Et quia de essentia testis est iuramentum eius hic formam subiunximus, quod tamen partibus consentientibus de expressa renunciatione remitti potest, in causis merè voluntariis: secus est in matrimonialibus, [f] & beneficialibus.

Iuramentū testiū arbitrio partium tollitur.

[f] Abb. & Felin. in c. tuis. ext. eo. & ib. Card.

FORMA IVRAMENTI TESTIVM,

EGo N. iuro dicere totam veritatem in causa vertente inter Abbatem & Presbyterum Parochialem litigantes, pro vtraque parte mihi cognitam. Et hanc veritatem non celabo amicitiæ, odii, vel timoris, aut alicuius muneris dati, promissi, vel remissi, sed eam dicam, solius Iustitiæ & veritatis gratia, nullamque intermiscebo falsitatem. Sic me Deus adiuuet, & hæc S. Dei Euang. Si est Testis Clericus. Si Laicus: sic me &c. Et hæc sancta Passio seu Crux. [g] Additur quoque ad hoc iuramentum, quòd secretè tenebo dictum meum, vsque ad [h] publicationem. [h]

[g] vt sup. de Iur. calum.

[h] Spec. tit. eo. § sequitur.

N.B.

Hoc iuramentum à testibus debet præstari die iuridica: iuramentum enim perpetuationem spectat. Post cuius præstationem testes possunt examinari aliqua die, libera, etiam non iuridica. Pars verò ea, contra quam inducuntur testes, post admissionem, & iuramentum testium, protestetur de excipiendo contra testes, & dicta ipsorum, & ne examinentur, nisi secūdum interrogatoria per ipsam danda.

Quando dies iuridica.

N.B. Locus Lauris

NOTARIVS INDVCTIONEM TESTIum scribit,

ANNO &c. Procuratores &c. oblatis citationibus legittimè executis, testes videlicet A. B. C. pro parte D. Abbatis & D. F. E. pro parte Plebani, pro prima dilatione produxerunt. Et Dominus receptis iuramentis, commisit N. & mihi notario examen eorum, procuratoribus prædictis protestantibus de excipien. contra testes & dicta ipsorum, & quòd non examinentur, nisi secundùm interrogatoria peripsos danda, quæ R. D. statim post prandium fecit dari, alias iussit testes examinari in contumaciam, non dantis. Præsentibus. &c.

Interrogatoria statim danda.

Hæc commissio, quæ fit notariis circa examen, est licita de iure, potestque vnus habere officium scriptoris, & receptoris testium iuxta Innocentium. [h] Sed Hostiensis [i] consulit, vt de commissione iudicis notario facta, fides fiat per alium notarium, non per eum, qui causæ est notarius, vel habeat litteras sigillo committentis munitas.

[h] Innoc. c. quoniam contra de Probat.

[i] Hostien. d. c. quoniam contra.

ACTVS PRACTICVS CONTRA NON *comparentes testes.*

TEstibus non comparentibus, nec probabiles causas absentiæ suæ dicentibus, accusari debet eorum contumacia, per partem citantem, & executione citationis porrecta, petat pars eos contumaces reputari, & censuras ecclesiasticas contra eos extradi. Hunc verò processum, necessariò producēs testes, seruare debet, secus enim succumbere diceretur in productione testium seu Probatione.

Contumax testis accusandus.

Processus seruandus.

Porrò quod dicitur de Testibus cogendis per censuras, & alias pœnas, vt veniant ad iudicem, non procedit passim in omnibus personis. *Valetudinarij enim, senes, pauperes honesti, & verecundi, quibus sine veste, & conuenienti eorum habitu turpe esset exire domo, vt in nobilium personis accidit,* [k] *quibus paupertas ad honestatē nihil officit, non sunt cogendi, vt iudicem adeant. Pauperes verò viles & superbi, qui facilè corrumpi possunt, ob ægestatem non admittuntur ad testimonium:* [l] *his enim in damno est paupertas illorum, nec possunt esse testes.* [m] *Egregiæ quoq; Personæ, veluti Nobiles, Prælati, Doctores, honestæ*

Quidam à Clem. ex: cusandi Cæsar. N°. 1. 2. 3.

[k] gl. & tex. in c. Si qui testium de Testi. DD. ibid.

[l] Host. d. c. Si qui

[m] L. ad egregias ff. de iureiur. & c. si qui testium de Test. vbi DD.

4.

honestæ mulieres, non debent cogi, vt veniant ad iudicem proferendo testimonio: sed mittet ad eas notarium iudex, vt recipiat earum iuramenta, vel remittet ad iudicem loci, vt dicta illarum transmittat sigillata. [n]

Et quoties tales egregiæ personæ requiruntur super testimonio: t unc actor solet partem, contra quam producit testes, sic citare.

Citetur N. ad videndum iurare testes, si affuturi sunt: & addi solet: etiam super affuturis testibus, & committi notario receptionem iuramentorum egregiarum personarum & impeditarum ad primam diem iuridicam: & postquam commissum fuerit ad videndum illos iurare, vel in eorum, vel notarii domibus, & ad dandá interrogatoria, si quæ dare voluerit pars per totam diem, &c.

PERSONÆ quoque *priuilegiatæ*. tàm ratione coniunctionis, quàm consanguinitatis, affinitatis, l, familiaritatis, commensalitatis, excusantur à ferendo testimonio, nec cogi debent ad hoc per iudicem. *Hinc filius contra patrem,* [o] *& è contra, & omnes, qui in linea sunt paterna, & materna, ascendentes & descendentes, non sunt cogendi,* nisi in casibus, in quibus testificari possunt, [p] veluti in causa matrimoniali super consanguinitate, & affinitate, & cæteris. Et quoties tales personæ super impedimento Matrimonii admittuntur, tunc aliam formam iuramenti seruant, super dicenda veritate, seu testimonio.

o L. Testis. ff. eo. tt

p c. præsens 20. q. 3. vbi gl. & c videtur extr. qui matr. acc. pos. & l. qui testamento ff. de testam. § per contrarium.

FORMA IVRAMENTI TESTIVM
Super Consanguinitate in causis Matrimonialibus.

Primò, *iurabit, quòd nullo odio, amore, timore, vel commodo ducitur, ad ferendum testimonium:* Deinde, *designabit personas expressis nominibus, vel circumlocutione sufficienti, & ab*

& ab vtroque latere singulos gradus clara computatione distinguet. [q] Vltimò *iurabit, quòd à suis maioribus totum hoc intellexit, quòd deponit, & ita esse credendum: iterum iuramento firmabit, dicetq; se vidisse & nouisse personas, vel saltem in vno gradu consanguinitatis esse constitutas, quæ se pro consanguineis habebant.* [r]

Sponsus quoque & sponsa, gener & socer, vitricus, priuignus, nouerca, nurus, patronus, libertus: non admittuntur in causis eorum, quibus sunt coniuncti.

REMOTI quoque testes, non tenentur venire ad iudicium, nisi producens, subministret eis expensas in veniendo, eundo, stando, redeundo, de quo reperitur Bonifacii octaui, constitutio, [s] quæ super eiusmodi expensis prouidet: quas si producens, recuset reponere; tunc iudex in hoc casu, causam non differret: [t] præsumitur enim dolo agere, qui salarium pro expensis testium dare renuit. Sed si in vocandis testibus plus impendendum foret, quam tota causa in æstimatione valeret; tunc iuxta iura, [v] iudex committet tale officium, examinandi testes, viro idoneo, nulli parti suspecto. [x] Et *hodie Ordinarii iudices apud nos consueuerunt committere Officiali alicui Foraneo, vel Decano Rurali, illius loci,* in quo degunt testes, tale examen. Et quotidie partes apud nos petere consueuerunt litteras eiusmodi remissoriales, datis interrogatoriis, & articulis: hoc enim modo parcitur illarum expensis, quæ vtique commissarium, expensis suis sustentare tenentur: [y] sicut & testes de longinquo vocatos, quod iuxta qualitatem personæ, & consuetudinem loci, faciendum est. *Hinc vocatus testis rusticus, debet venire pedes non eques, vti cæpis, caseo, & fabis seu pisis: non pane albo, nec pullis, & aliis delicatis cibis, & quomodo essent victuri domi, & quantum rationabiliter lucraturi essent testes, tantum eis dandum est.* [z] Idem in *Commissario* dicendum

6.

q c. licet ex quadam. de testib.

r d. c. licet vbi est hæc forma iur

s c. statutum § penul. ver. expensas de Rescr. in 6.

t d. gl. in c. statutum.

v c. cum causam & C. Si qui testium de testibus l. 126. ff.

x c. constitutus in fi. de officiur. aut. de Testibus. § quoniam col. 7. aut de triento & semi. col. 3. § quod sæpè vbi gl.

y Cynnus et DD. in L. quoniam liberi C. de Testibus, & d. c. statutum in fi. cũ gl.

z l. idemque § idem. L. abeo aut. ff. Mandati gl. in l. seruis. ver. cibariis de leg. 3.

cendum, dandam ei mercedem, vltra viaticum, pro dignitate personæ, & consuetudine loci, ad quem dum diriguntur litteræ Remissoriales earum, talis est forma.

Alias Commissionis &c.

FORMA REMISSORIALIVM TESTIVM pro examine.

BERNARDVS &c. Tali Officiali foraneo vel Decano Rurali, Salutem in Domino. Noueritis quòd in causa, quæ inter A. ex vna & B. altera parte, vertitur in iudicio coram nobis, partes nonnullos testes volunt producere hinc inde, pro fundanda sua intentione, quos cùm coram nobis producere, propter loci distantiam, viarum discrimina, aliaque diuersa pericula, & incommoda, non possint conuenienter producere: Idcircò ne dictæ partes, in probatione huiusmodi intentionis suæ deficiant, aut periclitentur, de expresso partium consensu, Tibi N. Officiali, seu Decano, de cuius legalitate & industria, plenariam in Domino habemus fiduciam, tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus cùm & postquàm pro parte dictorum A. & B. fueris requisitus, omnes & singulos, vtriusque sexus, & status homines, tàm Ecclesiasticos, quàm sæculares, tibi pro parte eorundem impetrantium, in specie nominandos coram te in testes ad iurandum de perhibendo & perhibendum veritati Testimonium, in præsenti causa, & inter prænominatas partes ad certam diem & horam tibi congruentem, dummodò festiui, vel dominici non fuerint, ad Parochialem Ecclesiam Oppidi N. quem lo. cum ad hoc, tenore præsentium deputamus, cites, seu per aliquem alium fidelem Executorem citari facias, & demandes: Ipsosque testes, & eorum quemlibet, si odio, metu,

metu, gratia, quod absit, subtraxerint, seque examini tuo subiicere recusarint: extunc Censuris quibus conuenit Ecclesiasticis, ad hoc ipsum faciendum auctoritate nostra moneas & compellas; & quatenus ipsi indigeant, à quibuscunque suspensionum siue excommunicationum sententiis, si quibus forsan innodati fuerint, quòad actum deponendi huiusmodi duntaxat, auctoritate nostra in Dei nomine absoluas, inque testes admittas; ac eorum iuramenta dicendæ veritatis, in forma iuris recipias; ac eosdem testes, iuxta memoratarum partium interrogatoria, si quæ præsentata fuerint, necnon super præfata intentione, vtriusque partis, diligenter interroges, & fideliter examines. Depositiones verò testium, in scriptis debitè redactas, manuque tua subscriptas, sub debita clausula, vti moris est obsignatas, vnà cum toto processu, quem super hoc coram te haberi continget, quantò citiùs poteris nobis remittere, vel reportare studeas. Cætera omnia & singula, auctoritate nostra facias, & exerceas, quæ eiusmodi nostræ commissionis qualitas exigit quomodolibet & requirit. Additur aliquando: Significans nobis, quanta fides posset ipsis testibus adhiberi. In quorum omnium fidem. &c. &c.

Interrogatoria.

PRÆSENTATIO REMISSORIALIVM

Commissariatum litterarum.

COmmissione tali obtenta, pars ea, in cuius fauorem Remissoriales sunt concessæ, curet per Cursorem iuratum deferre litteras commissionis ad eum, cui mittuntur: & petat dari citationem, contra partem, ad recognoscendum sigillum iudicis remittentis, & ad videndum Rotulum aperiri. In termino verò parte comparente, & sigillum recognoscente, vel per contumaciam absente, petat aperiri rotulum, seu litteras, quibus

N.B. Citto cui Lectum.

bus inclusi sunt articuli, & interrogatoria; & petat citationem contra testes.

Citatio autem commissarii iudicis, concipiatur eo modo, prout dicitur infrà de Citatione iudicis delegati.

Obseruatio I.

PRædictus modus Remissorialium, receptionis testium, seruatur tunc, cùm testis in Diecœsi alicuius ordinarii degit. Sed si coram iudice ordinario desiderentur aliqui testes, qui sunt alienæ iurisdictionis, vbi iurisdicendi potestatem non habet; tunc opus est, vt iudex scribat ad eum ordinarium iudicem, sub cuius iurisdictione sunt; rogans eundem, vt testium eiusmodi examen recipiat & examinet, & attestationes clausas remittat: vel vt testes eiusmodi citet, & sinat coram iudice requirente, vel *ipsius commissario*, venire ad perhibendum veritatis testimonium *in* causa tali. *Dictæ* autem commissiones, quæ tàm in Diecœsi, quàm extrà concedentur, *non* priùs decerni debent à iudice, quàm requisito consensu super hoc vtriusque partis; & nisi ea pars, contra quam producuntur testes, cautionem seu fideiussores det, quòd *ibit* ad eum locum, vel mittet *infra* terminum ad *videndum* iurare testes. [a]

[a] gl. in c. statutū ver. expensas. de oscrip. in 6.

Obseruatio II.

QVemadmodum licitum est actori & reo, pro sua intentione, inducere probatorios testes; ita rursum reo & actori licet contra probatorios adducere testes reprobatorios, reprobatoriorūq; reprobatorii admitti possunt, & non vltrà. Quæ res, vt meliùs à tyronibus intelligatur, exemplum omnium testium inducendorum potest poni tale. *Abbas vocauit Plebanum in iudicium vendicando decimas*, per eum occupatas. *Negat Plebanus deberi in solidum Abbati decimas. Inducit testes probatorios Abbas, quibus intentionem suam probat*

probat. Plebanus obiicit crimina testibus, quæ probando, testes quoque inducit alios pro se, & hi vocantur Reprobatorii: qui a reprobant depositiones probantium testium. Rursum Abbas contra reprobatorios, alios testes inducit, qui reprobatoriorū reprobatorii vocantur, & sic finis testibus inducendis fit. PRIMVM processum pro fundanda sua intentione, quoties volunt seruare partes; tunc tenentur eo tempore, priusquàm publicatio testium fiat, inducere testes, & semper in commissione mentionem eorum facere debent, si hoc modo procedere volunt. SECVNDVM verò processum inductionis testium reprobatoriorum, debent seruare, publicatione testium facta. Et hinc patet, quod hoc casu, reus semel possit inducere testes, actor verò bis. [b]

[b] c. 2. de test. in 6. & c. licet dilectus. ext. eo. et p. æsentium cum gl. in 6. eo. tit.

De numero verò testium, quot videlicet testes exigantur ad probationem faciendam, sciendum est; quòd regulariter de iure, duo vel tres testes sufficiunt. qui si erunt omni exceptione maiores, plenam probationem facient, & eorum fides nulla ex causa potest conuelli. Si autem partes hinc inde plures testes inducere vellent; tunc obseruandum erit, quòd eiusmodi inductio quadragenarium numerum testium, excedere non debeat: [c] effrænatam enim multitudinem testium iura refrænari cupiendo, non permittunt hinc inde numerum quadragenarium excedere: quod quidem indifferenter esse verum puto, potiusque existimarem relinquendum id esse arbitrio iudicantis pro qualitate & magnitudine causæ, quàm certum numerum assignare.

[c] in omni. c licet de testib. & l. vbi numerus ff. eo. & Math. 18. c. gl. c. cum causam & gl. c. significauerunt eo. eo. & l. 1. ff. eo. & c. cum causam.

De Interrogatoriis Testib. dandis.
C. XXXVI.

OLim in omni parte iudiciorum magnus vsus erat interrogationum, hodieque nonnunquam de æquitate, [a] & ex ofhcio

[a] Decius. c. causam quæ de iud. nouiss. cons. 17. n. 11. Rom. cons. 670 n. 179. col. vlt.

officio iudicis consueuerunt ab initio actionis fieri, vel etiam lite contestata, parte hoc petente, vel iudice ipso loco positionum interrogante. Cùm enim iudicis interest, ne actus frustratorii & inutiles fiant coram eo; debet idem de iure, frustraneam petitionem interrogatione [b] sua reppellere, supplendo defectum partium, ne iudicium fiat nullum. Exemplum eiusmodi interrogationum tale dari potest. *Seius vult agere petitione hæreditatis contra Ticium. Iudex consulens parti, ne inaniter vexetur litibus & sumptibus, potest hoc modo interrogare partem: An sit hæres: quo titulo ad hæreditatem peruenerit: ex quota sit hæres.* Idem fit, in persequendis Decimis, quando iudex interrogat partē: *An possideat Decimas: an in solidū: quo titulo*, &c. ex quibus omnibus fundari potest iudicium contra hæredem, vel contra occupantem decimas: aut etiam potest reus statim absolui, si constiterit, eum titulo iusto tenere & possidere. Sed cum loco huiusmodi interrogationum, hodie successerint positiones, de quibus egimus antè; alia autem interrogatoria pars, testibus consueuit dare: ideò omissis illis prioribus, quæ ante, & post libellum fiunt, dicamus nunc de his, quæ in probando libello, vel articulis per partem testibus offeruntur.

[b] ff. de interrogat. actionū.

Dicuntur autem *Interrogatoria*, quæstiones quædam, quę pars fieri vult super circumstantiis negotii, testibus contra se inductis. [c] Facta enim admissione testium, & iuramento per illos præstito, pars, contra quam testes inducuntur, facere debet eiusmodi interrogatoria, prout circumstantiæ personarum, causæ, ac testium patiuntur. Et sunt duplicia. *Quædam Generalia, quædam Specialia.* Generalia sunt, quæ in omni depositione attenduntur, & necessariò in ea interuenire debent, vt dicetur infrà. Specialia sunt, quæ iuxta qualitatem causæ, & articulorum conficiuntur; & proinde in his conficiendis Procu-

[c] C. præsentium. § Testes & ib. glo. interrogatoria ext. de Testib.

Procurator ante oculos articulos habere debet, vt secundùm eos interrogatoria faciat, si quidem aliter interrogatoria confecta, nihil valēt nec admittuntur: Eorum talis solet esse forma.

Interrogatoria infrascripta Procurator, & eo nomine procuratorio venerabilis D. Plebani in N. dat, facit, & exhibet, secundùm quæ omnia & singula, petit omnes & singulos testes, per partem aduersam producendo diligenter interrogari, & examinari: alioquin de nullitate productionis, & examinis eorum, ac aliâs protestatur, prout est iuris, & styli.

Inprimis reducatur cuilibet testium ad memoriam iuramentum, per ipsum præstitum, & quam periculosum sit dicere falsum testimonium, quo testis Deum offendit, iudicem decipit, partem lædit, animam suam damnat. [d]

Item interrogetur. Vtrum nouerit huius causæ litigatores, quali notitia, quàm diu ipsos nouerit.

Itē, Quo loci testis degat, & quo ante degere solitus erat.

Cuius sit ætatis.

Quantum habeat in bonis.

Item. An sit collocutus cū contestibus suis, & an cum eis sermonem suum concordarit.

An sit edoctus & instructus, qualiter deponere debeat.

Per quem, vel per quos.

An sit delator contentorū in articulis:

Vtri parti magis faueat.

An prece vel odio testificetur

An spem habeat damni vel lucri.

An sit amicus vel inimicus.

An aliquando rixati fuerint.

Vtram partem magis diligat.

Habeatné interesse aliquod ad causam.

An citatus, an rogatus deponat.

Cuius iudicis authoritate deponat.

Item, si testis dicat vera esse in primo

[d] c. 1. ext. de crim. falsi.

in primo articulo, interrogetur de causa scientiæ, vnde sciat decimas omnis seminis ad Abbatem pertinere.

Item, quomodo istæ decimæ ad D. Abbatem pertineant.

Item, quæratur, an post omnes araturas prædiales & Cmetonales, tum & Sculteti.

Item, si quis deponat super 2. articulo incip. Quòd solus &c. quæratur ab eo causa scientiæ.

Item, quæratur, quid sit in solidum possidere.

Item, quo anno percipiebat tales Decimas in solidum Abbas.

Et secundùm hunc modum, interrogatoria confici debent, vsque ad vltimum articulum: in fine verò subiungatur, vel etiam à principio statim poni potest.

Interrogetur testis, cuius ætatis sit, cuius status, fortunæ, famæ, honestiæne, an inculpatæ: An excõmunicatus sit, periurus, homicida, adulter, publicus fornicator, vsurarius manifestus, Cõmunicaueritne hoc anno. Sciatnè Plater noster. &c. &c.

Cætera suppleat discretio Examinatoris.

Hæc interrogatoria debent dari iudici [c] vel examinatori, non autem parti. Et ratio est, [1] ne suborne pars testem, quomodo deponere debeat. [2] Deinde vt instruatur iudex ex interrogatoriis, de veritate vel falsitate testium, quæ facile per interrogatoria deprehenditur.

[c] *Abb. c. per tuas n. 2. de Testib. gl. d. c. præsentiũ ver. interrogatoria Specul. tt. de teste. & Iam de interrogatoriis.*

De Examinatione Testium: C. XXXVII.

QVoniam efficacissima probatio est in iure per testes, præsertim cum sunt validi, ideò prudens Examinator plures cautelas in tali examine obseruabit.

ET PRIMO, Si Commissarius debet examinare testes; is acceptis litteris commissionis, articulis interrogatoriis accedere debet locum, in quo testes degunt, adcitata parte, vel eius Procuratore, contra quam testes producuntur: & solet esse

let esse citatio, *Ad videndum & audiendum, in tali loco, coram Commissario, pro parte actoris vel rei testes recipi & iurari.* &c. & vtile est parti venire ad talem citationem. PRIMO propter iuramentum perteste præstandum, ne eis hoc remittat commissarius corruptus. *Secundò*, propter protestationem, quæ fit ante examen contra dicta testium & personas.

Deinde, Curet examinator, vt diligenter & fideliter faciat veritatem testium in scriptis redigi, [2] & ita scribat, prout profertur, nil mutando vel detrahẽdo. Pro qua re multùm iuuabit, si eodem idiomate & iisdẽ verbis testium, iubeat examinator testimoniũ inscribi, quibus deponit testis, quod faciendũ Dd. cõsulũt, & ita cõsueuit esse Romæ: quandoquidẽ periculosa sæpè fit versio vulgaris sermonis in Latinũ, quã hodie faciũt notarii.

[2] *l. 1. ff. ad l. Cornel. de fals.*

Tertiò, Proponat examinator, testibus deponentibus, quam periculosum sit dicere falsum testimonium: Et quòd falsus testis tribus obligatur: [b] Deo, cuius præsentiam spernit: Iudici, quem mentiendo fallit: Parti, quam falso testimonio lædit. moneatque singulos, vt saluti animæ consulant, deponendo.

[b] *c. 1. de Crim. falsi. & sup. de Inter.*

Quartò, Iuramentum à singulis testibus exigat, quandoquidem adeò de essentia, testimonii est iuramentum; vt nulla qualitas personarum, ab illo eximat aliquem: & quantumùis præfulgeat quis honore dignitatis; iurare tamen cogitur, id quod in Cardinalibus, Episcopis, & aliis personis, Romana Curia obseruat: [c] quorum tamen in hoc melior est condicio, quòd propositis tantùm sacris Euangeliis teneantur iurare, non verò tactis vt suprà; vbi etiam de forma iuramenti testiũ.

[c] *Vestr. in pr. sit 6. tt. de Iura. testium.*

Quintò, Examinabit diligenter testem, super generalibus interrogatoriis: talibus enim testis respondere cogitur. Postea articulum totum illi præleget & exponet, super quo eum examinare debet. Et requiret quid sciat de tali articulo, & respondentis verba diligenter notet. Etsi transferre in linguam

latinam

latinam vult, fideliter transferat. Nec scribat testem dixisse scio, quando dixit credo, & contrà. [t] Nam eo modo ipse, parti ius suum auferret, & se ad restitutionem obligaret; tùm etiam quia tenebitur pœna falsi, si aliter scribet dicta testium. Examinet etiam de singulis circumstantiis, prudenter inquirat de causis, loco, tempore, auditu, visu, scientia, & omnibus ad negotium pertinentibus, hæc enim multum iuuant: hinc versus ille:

Auditus, visus, persona, scientia, causa,
Fama, locus, tempus, ac certum, credulitasque,
Dum testes recipit iudex, hæc cuncta notabit.

[d] c. cum causam de test. & att.

Vltimò, conscriptis omnibus, per examinatorem iterato præleget ea omnia testi, vt possit se corrigere, si vult: & si erra- 6
uit scriptor, corrigat. [e] Aduertat etiam, an testis vacillet in dicto, an cum festinatione, trepidatione deponat; [f] quæ omnia veritatem testis diminuunt, secundùm illud: *Sæpe pallor, vultus, rubor, & titubatio faciunt, vt minus fidei alicui adhibeatur.* Quæ omnia diligenter Commissarius, vel Examinator iuxta discretionem suam etiam interrogatoriis non datis faciet, & præcipuè de causis scientiæ inquiret secretò, quemlibet testem audiendo, & post examen silentium testi imponendo; ne partibus, vel alicui alteri ea dicat, super quibus fuit examinatus. Conscribet autem Commissarius vel Examinator vniuersa dicta, vel depositiones testium sub hac forma.

[e] c. præterea. de Testibus cog.

[f] Innoc. c. præterea de Testi.

ILLVSTRIssime & R^me. Domine &c. Mandatum Illu. Cels. V. mihi iniunctum, humiliter suscipiendo, & fideliter exequendo. Testes in tali causa, quæ inter A. & P. ex altera partibus, pendet coram Illu. Cels. V. indecisa, per talem, nominatos vel productos citaui. A quibus in contumaciam P. per me ad hoc citati & non comparentis (vel etiam in præsentia vtriusque partis

tis,) iuramentum de veritate dicenda ad tactum Euangelii (vel ad tactum Crucifixi) iuxta morem recepi, ipsosque super articulis actoris & secundùm interrogatoria rei cum ea diligentia, qua potui examinare curaui: quorum depositiones, per N. notarium cõscriptas, & sub sigilli mei impressione clausas, vnà cum articulis interrogatoriis, & alio processu, vnà cum iuramentis testium, & protestatione partis, per latorem præsentium, quem ad hoc de vtriusque partis consensu, tãquam idoneum & fidelem duxi assumendum, remitto. Aliquando additur clausula: Et partibus talem terminum, in quo se coram vobis repręsentare per se, vel per procuratorem teneantur, assignaui. Nomina verò, & cognomina dicta, depositiones, & attestationes sequuntur, & sunt tales.

Anno, Mense, & die tali, in tali loco receptus, iuratus, examinatus est, Nobilis vir Mœuius de Parochia in N. ætatis propè L. annorum.

Et primò reducto sibi in memoriam iuramento, quam periculosum sit &c. & iuxta generalia interrogatoria examinatus & interrogatus, respondit se noscere litigatores huius causæ, & ante annos decem, nouisse notitia communi vulgari, neutri coniunctus, fauet parti ius habenti: ad alia autem interrogatoria interrogatus testis generaliter, negatiuè respondit, & scit Pater noster. &c.

Super materia principali, partis producentis, & primò super articulo incip.

Inprimis &c. testi perlecto & exposito examinatus medio iuramento respondit: & scribatur responsio.

Præterea, iuxta formam interrogatoriorũ, ad hunc articulum datorum interrogatus testis respondit. &c. scribatur responsio.

Super secundo articulo, similiter testi perlecto & exposito examinatus respondit, &c.

Super aliis interrogatoriis, respondit quod sit ætatis L. non est excommunicatus, periurus &c. & est boni nominis, famæ, vt ipse sperat.

Secundus testis Nobilis P. de N. XL. ann. citatus, iuratus, reducto sibi iuramento, de veritate dicenda, exposito sibi quomodo falsus &c. scit Pater noster: Communicauit anno præsenti, nulli parti consanguineus, amicus vtriusque, non deponit causa inimicitiæ fauoris, odii; sed purè propter Deum, fauet de victoria habenti iustitiam, non est informatus, non condictauit cum contestibus suis, nihil sibi est datũ, habet in bonis 1000. &c.

Super materia principali. Et primò super articulo primo, ei perlecto & exposito examinatus, respondit medio iuramẽto. Scribatur responsio.

Idem in aliis testibus seruetur: nunquam autem scribatur in examine, prout aliqui faciunt: *Iste testis dixit ita, sicut primus.* Nam eiusmodi testes, videntur parrum valere, cùm videantur ex tali scriptura condictamen fecisse, & sermonem de hac re habuisse.

CLAVSIO ROTVLI.

PRædictis sic conscriptis, Commissarius diligentissimè depositiones reuisas, perlectas, & collationatas filo duplicato (vt faciunt apud nos) claudat præsentibus partibus, quæ se ad hoc adcitare solent, sigilloque proprio vel alieno communiat, ceramque ita filo apponat, ne quacunque parte litteræ aperiantur, sicque remittat iudici deleganti, recepto priùs iuramento à Cursore, quòd fideliter portabit attestationes: quem actum signet Notarius. Anno, die &c. Procur. R. D. A. citato Procuratore V. P. petiit Rotulum claudi & sigillari, & per nuncium fidelem ac iuratum, Cracouiam referri, & D. consentiente, & præsente procuratore, P. fe-

cit Rotulum claudi & sigillari, recepto iuramento à S. laico Cursore, quòd fideliter portabit attestationes: Præsentibus.

PRÆSENTATIO ROTVLI,

REmissione Rotuli facta, partes debent se adcitare, ad sigillum remittentis, sitné sanum & illæsum, & ad manum scribentis agnoscendam. & cùm apparuerit fideliter esse perlatas litteras, poterunt se adcitare ad videndum publicari dicta testium, de quo infrà. Hunc autem actum Notarius signet, Anno die &c. S. Cursor laicus iuratus, Rotulum cum attestationibus ab Officiali Foraneo, in præsentia N. tulit & præsentauit, & ibidem Pr. D. A. citato procuratore D. P. petiit recognosci sigillum, quo Rotulum cum attestationibus fuit clausum. Dicto verò Procu. recognoscente prædictus Pr. D. A. petiit aperiri rotulum, & dicta testium publicari: Præsent.

Hæc de Commissario Examinatore. Quoties verò notarii Actorum per Mandatum Domini examinant testes; tunc simpliciter depositiones scribunt sic.

Anno die &c. Testes infrà scripti pro parte D. A. citati & iurati per me N. Notarium, sunt examinati prout sequitur. Primus testis &c. vt suprà.

Similiter fit, si pro parte Rei examinentur testes. Illud tamen seruet examinator; vt semper ascribat, pro qua dilatione sunt examinati testes, de qua re consequenter dicamus.

De Probatoriis Dilationibus ad producendos testes. C. XXXVIII.

REgulariter de iure non dantur[r] partibus Probatoriæ dilationes ampliùs, quàm semel. [a] Et ratio est, quia dilatio [a] *l. 1. C. de Dilat.*

probatoria de sui natura est peremptoria, quæ aufert facultatem probandi post terminum, [b] ad hoc datum. Quia tamen multoties emergunt causæ inopinatæ & necessariæ, præter culpam eius, qui probationem producere debet: ideò iura temperarunt eiusmodi rigorem, & concedunt, vt tres dilationes [c] dentur, pro testibus inducendis; & aliquando vltra tres, quarta conceditur: cum solennitate tamen legali, [d] sine qua nunquam quarta dilatio datur.

b *d. l. 1. vbi Bar: Bal. & Castr: idem. in l. oratione eo. tt.*

c *c. vltra tertiam de testibus.*

d *Bart. l. fin. ff. de Dilat. & d. l. oratione.*

Pro praxi igitur probatoriæ istius dilationis, sciendum est: quòd dilatio differt à productione: qui enim habet primam dilationem, infrà illam potest producere hodie, vnum testem, cras alium, sicque ad vltimam vsque diem dilationis, quæ non solùmmodo datur de iure, sed etiam prorogatur subinde, quòd in productione cessat. Quando autem omnes testes, in prima & secunda dilatione, produci & examinaari non possunt; tunc aliæ dilationes, probanti concedendæ & prorogandæ erunt. Quod tamen simpliciter fieri non cõsueuit, sed nonnisi cognita causa, [e] etiam pro prima dilatione concedenda, quæ aliquando fit, sedente pro Tribunali iudice, aliquando verò non sedente, præsertim si leuis sit præiudicii causa. Exemplum huius rei potest hoc afferri.

e *d. l. 1. & l. à procedente. C. de Dilation.*

Abbas vocauit Parochum in iudicium, vendicando ab ipso decimas sibi debitas. Parochus negat deberi tales decimas Abbati: super hac lite, conscriptis quibusdam articulis per Abbatem, quos Parochus non credit esse veros, petit Abbas se admitti ad probandum per testes, & pro his dilationem sibi dari. Iudex, priusquam admittit partem, aduertit ante terminum datum, infradicta quatuor.

Primò, quid velit probare Actor, & an prosit suæ causæ.

Secundò, Videt articulos, ad quos probandos petit pars dilationem, sintné pertinentes.

Tertiò

Tertiò, Dilationem seu terminum parti petenti & probare volenti, concedit.

Quartò, De malitia & calumnia cognoscit, malicioséne petat talem dilationem. Et hoc pro prima dilatione iudex facit. [f]

Pro secunda verò dilatione, quoties petitur iudex, vltrà prædicta considerat, sitné legittima causa dilationis secundæ cõcedendæ, qualis causa potest esse, quando quis iustum impedimentum habuit; quominùs produxerit testes. Hac enim causa probata per iuramentum, [g] dilatio secunda dabitur, ad testes producendos. Quòdsi verò, in secunda dilatione producens, similiter impeditus fuerit; tunc poterit *tertiam dilationem* petere: quæ tamen non debet mox concedi, nisi priùs sufficienter probatum fuerit per testes de impedimento, quòd in secunda dilatione accidit. [h] Prædictis ergò impedimentis probatis, producens habebit eiusmodi dilationes secundam & tertiam, quarum termini duobus modis seruantur: [i] aliquando enim secunda dilatio datur, ad tantum tempus, quanto tempore fuit impeditus in prima. Verbi gratia. *Si fuit quis impeditus duobus diebus in prima dilatione, tunc restaurabuntur sibi duo dies:* Aliquando verò secunda dilatio datur infrà terminum primæ; tertia verò, infrà terminum secundæ; quarta infrà terminum tertiæ.

g *c. quia propter § licet de Elect: facit tex. in l. scire oportet. § sufficit ff. de excus. tut. Bar. & Bald. in l. fin. ff. de feriis.*

h *Castr. d. l. oratione ff. de Dilat. Spec. eo. tt. § videndum. Aus: But. in c. vltra tertiam ext. de Testib.*

i *Henning. d. rub 19. n. 11.*

Quamùis autem legittimè impedito, istæ concedantur dilationes; illud tamen non est hic omittendum: quòd in casu secundæ dilationis, non indifferenter datur dilatio ad testes producendos, sed ad eos tantum, in quibus diligentiam seruauit in dilatione prima. Exemplum. *Citaui testes pro tali die, qui non venerunt. In termino accusaui eorum contumaciam, fecique eos grauari excommunicatione* &c. *His durantibus prima dilatio transiit, & ideò secundam peto.* Ad hanc ergò petitionem danda erit secunda dilatio contra testes, idque

contra eosdem: quo verò ad alios testes, quos non citaui in prima dilatione, & in quibus negligens fui, nullum habebo de iure commodum,[k] idque propterea, quia nemini culpa sua & negligentia prodesse debet.

VErùm cum vltra dictas dilationes tres, sit inuenta *quarta dilatio*,[l] quæ cum solennitate legali fit, de ea pauca attingemus. Dicitur autem hæc dilatio cum solennitate legali: quia ille qui dilationem petit, solennitatem talem seruare debet, *in primis iurare debet ad Sancta Dei Euangelia, quod neq; ipse per se, neq; per alium testificata, seu dicta testium, & eorum depositiones cognouerit.*[2] *Item quòd non est percunctatus, nec est scrutatus dicta testium, & quod nihil didicit, quid & qualiter deposuerint.*[3] *Item quòd non per dolum neq; per fraudem productionem quartam petat.*[4] *Item quòd hos testes, quos producere vult, prius habere nequiuerit.* Præterea, qui dilationem quartã petet, debet vti hac forma petitionis.

R. D. Quia ego in secunda & tertia dilatione impeditus fui propterea peto mihi dari quartam cum solennitate legali. Qui verò prædicta omnia non iurat, nec in illa forma petit, de qua suprà, talis petens non auditur. Nec à denegatione seu à grauamine tali appellare poteest: quia non dicitur esse grauatus, qui formaliter non petit.[n]

RARissimus tamen debet esse vsus istarum dilationum, nec facilè à iudice concedi. Vbi enim iudex cognouerit sufficientissimè probationem factam esse per testes, qui in prima dilatione producuntur, secundam & tertiam, tum & quartam amputabit; nè sit effrenata multitudo testium,[o] quorum numerus, quantus esse debeat, attigimus suprà circa finem de testibus,[p] vbi id relinquendum esse arbitrio iudicantis existimamus, iuxta qualitatem causæ & negotii; quemadmodum quoq; de spatio probatoriæ dilationis, ad producendos testes diximus.[q] qui terminus

[k] ant. But. d. c. vltra tertiam.

[l] c. in causis. & c. vltra tertiam de testib.

[m] Abb. in c. in causis. & c. significauerunt eo. tt. & in aut. de testib. § quia verò. col. 7. idem colligitur.

[n] Abb. in d. c. in causis. & c. vltra c. significauerunt

[o] l. 2. ff. de testib. & c. significauerunt ext. eo.

[p] sup. de test. § de numero.

[q] sup. de probation. in fi.

terminus hodie ex arbitrio iudicis pendet, & secundùm propinquitatem vel longinquitatem loci, nunc abbreuiari potest, nunc prolongari.[r]

[r] vt not. in c. cùm sit romana ext. de appell. aut. de testi. § quia verò multi: vers. si verò. col. 7.

De Publicatione Testium C. XXXIX.

TEstibus productis, examinatis & depositionibus eorum in scriptis redactis, partes si volunt possunt renunciare vlterioribus inductionibus testium, & consequenter petunt dicta testium hinc inde per iudicem publicari. Si autem vna pars tantùm curauit produci testes, tunc eadem petet aduersarium citari ad *videndum & audiendum publicari dicta testium.* Iudex verò partibus hoc petentibus publicabit, vel ad alterius instantiam citationem decernet, iuxta communem nostram praxim. Quo termino aduenient, pars aduersa, contra quam testes producti sunt, potest consentire in publicationem sub protestatione de non approbando contenta, & hoc faciet, si tempore admissionis non fuerit protestatio facta; vel si iam fuerit protestata pars, tunc vterque litigantium petet publicationem & copiam fieri; & tunc iudex pronunciet attestationes partibus publicandas esse, & pro publicatis haberi debere, quod facit hoc modo dicens. Testimonia, dicta, & depositiones, testium productorum publicamus, & pro publicatis habemus. Quam publicationem solet sic notarius signare.

Anno Die &c. A. & B. Procur. petentibus publicari dicta testium R. D. publicauit, petente autem altera parte vel vtriúque copias testium easdem decreuit, cum termino dicendi contra. Præsent.

Obseruatio.

CIrca publicationem cautio datur, vt quisque diligenter aduertat, si super iisdem articulis, vellet alios inducere testes, vel directè contrariis. Quo casu in publicationem non est con-

est consentiendum, nec petat eam fieri pro se, seu quantum ad se: Publicatio enim præcludit [a] viam, alios producendi testes, super iisdem articulis; propter timorem subordinationis, quòd vtique in matrimonialibus causis fallit, quoties ad separationem agitur, [b] in quibus sententia lata non transit in rem iudicatam. [c] Quòdsi iudex inuita parte publicat; tunc non obstante tali publicatione, possunt produci testes d super iisdem articulis vel directè contrariis. Nec habetur hoc casu ratio subordinationis vel corruptionis testium: quia hæc suspicio cessat, non consentiente parte in publicationem. Deinde, quia ritè & rectè, debent recipi testimonia & publicari. Illud autem non fit ritè, quòd contra iuris ordinem & sollenitatē attenta-tur: & proinde reputari debet factum, ac si nusquā esset factū.

a c. fraternitatis ext. eo: & clem. 2. de testi.

b c. series. de testi c. lator de re iud fraternitatis. de frig. & malef. gl. c. constitutis eo. tt. vbi Abb. & Io. An.

c Regula obseruanda.

De Exceptionibus contra Testes. C. XL. f. 154. f.

OBtenta copia testium, Pars contra quam testes producti sunt, diligenter consideret: an possit aliquid contra testes opponere vel non. Esto enim, quòd aliquis sit testis criminosus, cuius testimonium reiicitur de iure; si tamen nihil opponeretur contra eum, valebit depositio. [a] Neque hoc casu iudex tenetur supplere de facto, [b] sed pars ipsa, contra quam producitur testis, & cui nocet talis productio. [c] Formantur autem dupliciter exceptiones huiusmodi. Aut ex causis quæ respiciunt defectum personæ testis: Aut ex causis quæ respiciunt dicta testium.

a An g. in auth: de testi. § quia.

b vt gl. & dd. l. vni. C. vt quæ def: aduoc.

c Abb. c. verum. ext. de for. comp.

CONTRA PERSONAM TESTIS *sic opponitur.*

QVod sit [d] *domesticus*, seu de familia, [d] *mercenarius*, [e] qui præstat suas operas eo tempore dum testificatur: [3] *infamis* [f] qualis est ioculator, lusor: & ideò *Sacerdoti non permittitur ludere chartis, nec spectare ludentes.* Aut, interdicimus.

d l. 2. C. de testi.

e l. respiciendum. § furta ff. de pæn.

f c. infames 2. q. 7.

C. de Epi. & Cler & cōuictus repellitur à testimonio. *Tabernarum frequentator.* [g] Hinc *in Hispania tertiò de ebrietate conuictus, reiicitur à testimonio: Apud nos verò Clerici tabernas visitantes, & ebrietatem sectantes, ad æquales potus quoscunque potatores obligantes, & pro salute bibentes, vel ad bibendum inducentes, Synodali pœna trium marcarum, toties quoties puniuntur: Et quia venter mero exæstuans facilè despumat in libidinem, & ebrietate corda grauantur; ideò ius commune disponit, ne clerici ad prandium inuitati, vltra tertiam vicem poculum contingant.* c. quando. 44. dist. *Nec seduci debet aliquis per.* gl. in c. Moyses. 32. q. 2. *quæ permittit Anglis, Normannis, Germanis, Polonis, fortiter bibere: Ne anima habitet in sicco. Cùm enim ebrietas auferat memoriā, dissipet sensum, confundat intellectum, balbutiat linguam, corrumpat sanguinem, & omnia debilitans membra, faciat corpus contremiscere; facilè inde patet vina parcè esse bibenda.* [h] *Latrinarum purgator & balneorum, carnifex, meretrix, leno, latro, hæreticus, sacrilegus, incæstuosus, homicida, peierator, maleficus, veneficus, adulter, excōmunicatus, vsurarius, hæreticus, Simoniacus, publicè emendatus, à morte liberatus, in cuius signum cereum gestabat*: quæ omnes personæ sunt infames, h & de iure à testimonio ferendo sunt arcendę, quia est funesta earum vox. [i] *Criminosus* [k] quoq; nō potest esse testis, quod intellige de crimine commisso, ante depositionem; secus si pòst. [l] Reiicitur etiam à testimonio *minor 14. annorū.* [m] *Pater, Mater, Monachus,* [n] *Canonicus Regularis,* vel aliter *sub obedientia positus*: sine enim licentia superioris nequit esse forensis negotii susceptor. Et generaliter, quibus interdicitur testimonium ferre, [o] vel accusare.

g arg. c. si constiterit ext. de Accus.

h Gerar. in def. iur.

i c. infames 6. q. 1

k c. super eo. de testi.

l Bal. & Alex. l. 1. C. eo.

m C. si testes. 4. q. 3.

n c. Monachi. il. 2. 16. q. 1.

o d. c. si testes.

CONTRA DICTA TESTIVM, VARIIS *modis opponitur.*

QVia testes sunt varii, & sibi contrarii, tales autem reppel-

luntur : p in quibus autem testes concordare debeant, datur versus : *Res, persona, gradus, locus, hæc sunt consona tempus.*

Quia testes sunt singulares, q & nullam faciunt fidem.

Quia non sunt examinati, iuxta interrogatoria, quod est contra protestationem partis.

Quia sunt instructi, qualiter deponere debeant, & hoc intellige de vetita r instructione.

Quia præstarunt patrocinium suum in hac causa. s

Quia non reddunt causam dicti. t

Quia extra materiam deponentes, non super tota causa, sed super vno articulo.

Quia testis non habet contestem suum, & tali nec de iure diuino, nec humano creditur,

In casu tamen, in quo nulli nocetur, vni testi creditur. Hinc cùm dubitatur, *An Ecclesia sit consecrata, vni testi creditur.* u

p c. licet causam. ext. de probat. c. solicitudinem de App. insi. & l. 1. ff. de testi.

q c. cum dilectus de Elect.

r

s Bal. l. vlt. C. si ex fal. instr.

l. vlt. ff. de testi.

t l. solam C. eo.

u gl. c. de ecclesiarũ de consec. dis. 1. ver. nec testes.

FORMA EXCEPTIONVM.

COntra quosdam prætensos testes, & dicta ipsorum pro parte R. D. & contra V. P. productos, Procurator nomine procuratorio V. P. protestatur, quòd si aliqua sint, aut continentur *in dictis* prætensis attestationibus, seu dictis testium, quæ faciunt, aut facere videntur pro parte sua, & contra partem aduersam: illa in ea parte impugnare non intendit, nec impugnat, sed approbat, & admittit saltem per modum tacitæ admissionis, & approbationis. In quantum verò faciunt, aut facere videantur pro parte aduersa, & contra partem suam: extunc dictus Pr. excipit, opponit, arguit, & excipiendo dicit, quòd dicti prætensi testes, sunt friuoli, inepti, ineffaces, in tantum quòd ipsis non est fides adhibenda in iudicio, & extra. Et aliâs, sunt tales, quòd non nocent parti, contra quam nec releuant partem pro qua producuntur, cùm

cùm in testimoniis suis sint singulares, diuersi, aduersi, sibimetipsis contrarii. Et aliâs, sunt tales, quòd ipsis non obstantib. vos R. D. potestis, & de iure debetis sententiam definitiuam pro principali meo ferre, prout ex infradictis patet.

Hîc ponantur defectus, qui reperiuntur in testibus, vt suprà.

Reprobatis testibus supradicto modo, tunc pars, si aliquos produxit testes, addat sic.

Testes verò producti pro parte principalis mei, optimè deposuerunt; & cùm sint omni exceptione maiores, dictus Pr. refert se ad depositiones, & dicta eorum. Et breuiter dicendo, omnes conditiones, quæ requiruntur ad sufficiens testimonium, & ad hoc vt testibus credatur, iidem testes habent. Ex præmissis igitur, & quolibet dictorum, petit dictus Pr. nomine quo suprà procuratorio per vos R. D. & vestram sententiam definitiuam, dici, pronunciari, decerni, & declarari, non obstantib. dictis prætensis, & friuolis testium probationibus pro parte D. A. productis, præfatum D. P. fore absoluendum, & absolui ab impetitione D. A. sibiq; super vlterioribus impedimentis, oppositionibus, & contradictionib. perpetuum silentium imponendum fore, & imponi, iustitia mediante, vestrum benignum officium in hoc implorañ.

Has except. &c. Saluo, &c. Et protestatur, &c.

Exceptionibus Reprobatoriis oblatis per Reum, actor potest pari modo contra testes, si quos reus produxit, ad eosdem articulos probandos excipere. Si verò tantùm reus excepit, & testes nullos pro se produxit; tunc actor petat copiam exceptionum cum termino ad dicendum contrà, alias ad replicandum, quod notarius signat. Anno, die, &c. Pr. D. P. produxit quasdam exceptiones in scriptis, contra quos-

dam testes, seu dicta illorum pro parte D. A. productorum accusando contumaciam partis, nihil in termino facientis. Ex aduerso Pr. copiam exceptionum petiit & terminum ad dicendum contra, aliâs ad replicandum: Et R. D. præfixit ad 8. Præsent. &c.

TENOR REPLICATIONVM

CONtra quandam prætensam chartam loco, exceptionum contra attestationem, & dicta testium, pro parte V. P. & contra D. A. nuper in iudicium vestrum oblatam, Procur. nomine quo suprà, ante omnia protestatur, quòd si quæ exceptionum sint, aut contineantur in dicta prætensa charta, quæ faciant, aut facere possint pro parte &c. vt suprà in forma Exceptionum. Et in primis, ad generalia descendendo, replicando, Pr. dicit partem aduersam frustrà ius commune allegare, cui consuetudo Prouinciæ Gnesnen. derogauiit, in qua alieni Parochi percipiunt decimas à Parochianiis, & sæpe vnus post prædiales percipit agros, alter post Cmetonales, vel alternatim. &c. Ad specialia eueniendo, ad primam Except. replicando dicit, *falsum esse* quod non iuxta interrogatoria examinati sint testes, & in eodem refert se pars ad examen.

Ad 2. Quando dicitur, quod non ieiuni, replic. dicit, magis esse de honestate, vt ieiuni sint, non de necessitate, & sufficit sobrios esse.

Ad 3. in qua deducitur singulares esse replic. dicit, nõ bene procuratorẽ intellexisse testium depositiones, quas si legisset, contestes reperisset &c.

Similiter quod dicitur diuersos esse, repl. quò ad sensum in dictis concordare testes, licèt non quò ad verba. *Hic reducantur in concordiam testimonia, quod semper debet fieri*

fieri, propter odium periurii, & quomodo hoc fieri debeat, vide gl. in c. cum tu, & c. cum nostra de testi. [y] l. furti §1. ff. de his qui not. infam.

Ad 4. in quo dicitur esse infames, rep. dicit excipientem non intelligere suam exceptionẽ. Infamia enim qua fuit notatus, est retroacta; in quo casu infamia, testimonium medio tempore datum, non potest infringere. [y]

Ad 5. in quo domesticus esse testis deducitur, mercenarius &c. replicat, talem testẽ esse à multo tempore ablegatum: & cùm non sit in fraudẽ facta ablegatio, nec sit receptus ad domũ producentis, standum est eius dictis. [z] [z] Bart. l. post contractum ff. de dõnat.

Ad 6. quando deducitur fuisse instructos, replic. dicit partem producentem posse cum testib. producendis colloqui, reuocando ei in memoriam actum totum, vt aptè verba omnia proferat. [a] [a] Mising. cent. 3. obs. 75.

Ad 7. quod de monachis allegatur, replic. ipsos cogi ad deponendum, licentia superioris accedente. Idem dic de patre, matre, consanguineis, si controuersia de matrimonii impedimentis oriatur. [b] vt ext. qui mat. acc. pos.

Ad testes partis aduersæ descendendo, rep. dicit, quod cùm sint plures, & nobiliores pro parte princ. mei, non erunt isti ignobiliores audiendi: & licèt probent possessionem rei iuxta eius intentionem; hoc tamen nihil eum iuuat, cùm sit malæ fidei possessor. &c.

EX prædictis igitur. &c. & petit pr. sententiã pro parte sua fieri &c. Has replicat &c. Saluo &c.

Exhibitis replicationibus dabitur reo terminus ad duplicandum, & si voluerint partes, possunt iuxta qualitatem causę procedere vsque ad quadruplicandum.

OBLATA Anno die &c. pr. talis obtulit replicationes prout terminus requirebat ex aduerso procuratore partis aduersæ copiam petente, vnà cum termino ad duplicandum. Et D. præfixit terminum ad 8.

De Termino, ad producendum omnia, & de Instrumentorum editione C. XLI.

PRoductis testibus, & eorum dictis publicatis, si nondum probè intentio actoris probata fuerit; debet pars recurrere ad alia producenda: qualia sunt *instrumenta, priuilegia, Bullæ autenticæ, Processus in causis, Cædulæ, & si quæ alia habuerit iura de Archiuiis antiquis extracta, & quæcunq; alia documenta in scriptis confecta:* quæ omnia actor vel reus, quoties producere vult, tenetur ante conclusionem in causa edere: conclusio siquidem in causa, est terminus exclusiuus productionis instrumentorum. [a] Porrò ad declarationem huius termini, de natura instrumenti sunt hæc notanda, *instrumentum esse scripturam, ad memoriam, vel assertionem, seu probationẽ alicuius rei facta:* [b] & dicitur instrumentum, quasi instruens mẽtem ipsius iudicis, & hoc quidem est duplex: *Publicum & priuatum*: Publicum instrumentum vel est *Principale* vel est *extractum*. Principalis nomina sunt, *Autenticum, Originale, Exemplar*. Extracti appellationes sunt, *Exemplum, sumptũ, memoria,* [c] *copia*. AVTenticum *instrumentum* seu publicum est, quod per manum publicam, hoc est per notarium confectum, de iure vel consuetudine plenam habet fidem: & quoties producitur coram iudice, creditur illi: etiam mortuis testibus, vel tabellione, [d] quod verum est, si debitæ solennitates in instrumento adhibeantur, quæ numerantur vndecim.

1. *Vt præponatur Inuocatio Diuini nominis* [e] puta *In nomine Domini amen.*

2. *Vt contineat annum Domini.* [f] Variè autem opponitur annus. *Secundum stylum Cancellariæ, & cameræ Apostolicæ ab incarnatione, id est à die Anunciationis B. M. V. quæ est 25. dies Martii: & ideo in diplomatibus scribitur Dat. Romæ ab incarnatione &c. Secundùm vero stylum causarum palatii Apostolici, Annus à Natiuitate Domini computatur: quam consuetudinem nos in consistorio Cracouien. sequimur.*

3. *Vt nomen Papæ, Imperatoris, Regis,* illius loci, in quo instrumentum conficitur, scribatur [g] *Hodie tamẽ consuetudo obtinuit, vt tantum modo nomen Papæ, & annus Papatus ipsius apponatur.*

4. *Vt nomen Consulis exprimatur,* quod hodie de consuetudine non apponitur. [h]

5. *Locus contractus, vel actus gesti* scribi debet: [i] quidam censent, locum loci exprimendum. [k]

6. *Mensis & Dies instrumenti.* [l]

7. *Indictio.* [m]

8. *Series facti siue negotii exponi debet, causaque debendi*: vt pote ex mutuo commodato. &c.

9. *Testes* & nomina eorum.

10. *Nomen notarii, & cognomen, & cuius authoritate Notarius*: apud nos verò requiritur, vt sit ab Ordinario vel Officiali loci, aut Capitulo approbatus.

11. *Signum notarii,* quo in conficiendis instrumentis vtitur. Et notarius semper scribat, se rogatum fuisse, vt instrumentum conscriberet; aliâs enim nullius erit momenti. [n] Sunt & aliæ solennitates, quæ respectu extrinsecæ solẽnitatis ponũtur.

1. Quia confecto instrumento tenetur coram partibus ea legere omnia quæ scripsit. [o]

2. Quia scire debet omnia ad artẽ notariatus pertinentia, ne imperitia sua alicui obsit. [p]

3. Quia de perceptis sensu corporeo, cõficere debet instrumentum. Et si quis malitiosè, & in fraudem iustitiæ prohibuerit instrumenta conficere, super factis & gestis coram ipsis, *tunc apud nos Archiepiscopus, & Episcopi Prouinciæ, in viginti*

a c. cum dilectus ext. defi. Instr.

b Spec. tt. eo. §. 1.

c not. gl. l. 2. ff. de fi. inf.

d c. 2. ext. eo.

e Spec. d. tt. & Aut. Vt præpon. non Imp. § nos enim. ib. gl.

f d. Aut. gl. ver. auctore.

g Abb. c. 1. ext. eo.

h gl. c. quoties. 1. q. 7. ver. consulibus.

i c. Abbate de re iud. in 6.

k gl. d. c. abbate ver. conseretur.

l gl. ver. eo die. § item. verborũ. Ins. de inut. stip.

m not. gl. c. inter dilectos de fi. inst.

n Spec. hoc tt. & Aut. de Tabell. vbi Aug. & dd.

o Io. And. in add. ad spec. & l. contractus, C. de fi. instr.

p Abb. d. c. 1.

ginti, inferiores clerici, vel laici in decem florenis auri Vngaricalis, pro fabrica Ecclesiæ Cathedralis applicandis, puniuntur vt in Const. Sinod. de fide instr. disponitur.

4. Quia de permissis, & quia in membrana vel alba charta instrumenta faciet, super quo post creationem suam, de nouo in manibus Ordinarii vel Officialis, aut Capituli iuramentum faciet.

INSTRVMENTVM ORIGinale propriè dicitur scriptura, quæ breuiaturas continet, vulgò *Protocolum* appellatur: [r] impropriè *Originale*, *Instrumentum* dicitur scriptura, quam notarius rogatus extrahit, & facit fidem.

[r] Bal. in rub. C. de fi. inf.

EXEMPLAR, Principalis scriptura dicitur, ad differentiam exempti seu transumpti.

PRIVATVM INSTRumentum, est scriptura manu priuati hominis scripta, in qua exprimuntur ea, quæ gesta sunt: & talis scriptura, ex se non habet fideem plenam; sed ex subscriptione testium, vel scribentis: tales sunt priuatæ scripturæ, [2] *Chyrographa siue Apochæ*: in quibus debitor scribit se à Creditore creditum accepisse. [3] *Antipochæ seu Quietantiæ, priuata signa, sigilla*: quæ quidem probant plenè contra scribentem. [s] pro scribente verò, nullam fidem habemt, [t] nisi sit scriptura ab vtroque contrahentium subscripta: tunc enim cessat suspicio, & creditur quotidianis his instrumentis. [5] *Cautiones* [v] etiam *Epistolæ* [x] [6] missiuæ, *Libri Rationum* [7] *Mercatorum*, [y] vocantur priuata instrumenta.

[s] l. Publia ff. de pos. § vlt.

[t] l. exemplo. l. non epistolis. C. de probat.

[v] l. si ex cautione C. de non nū. pec.

[x] d. l. non epistolis.

[y] l. rationes. C. de pac.

His præmissis, pro praxi termini, ad producendum omnia: sciendum est, eum sic necessarium esse; vt si aliquis auditor Sacri palatii, in aliqua causa ipsum omitteret, tunc sententia quæ ferretur esset nulla; [z] in beneficialibus tamen, coram Ordinario posset omitti, in quibus sine figura iudicii proceditur. [a] Vtile verò esset in aliis causis hunc terminum seruare, propter breuian-

[z] Rota. dec. 2. de reser. in non n. 38.

[a] clem. sæpè de ver. sig.

breuiandas lites: nisi enim hic terminus præfigatur; instrumenta possunt produci, quandocunque voluerint partes ante conclusionem. Quoties ergò pars instrumenta edere debet, toties aduertat, an instrumenta pro se faciant. Nam semel producta instrumenta, communia sunt vtrique parti; & producens videtur fateri cõtra se & pro se. [b] Hinc inoleuit Praxis, vt producẽs protestetur *se iura & munimẽta, non aliter exhibere, quam si pro se, & contra partem aduersam faciant, & hoc casu dicunt*, quòd productio, nihil faciet contra producentem: *Actus enim agentium, vltra ipsorum intentionem non operãtur.* [c] Verum hac non obstante protestatione, pars aduersa potest repetere, & producere hæc iura pro se, [d] quatenus suum fauorem concernunt. His consideratis, in termino producens dicat:

[b] Innoc. c. cum olim ext. de cens. in fi.

[c] l. non omnis ff. si cert. pet. Et Vestr. lib. 6. pr. Rom. c. 1. n. 6. ib. Grauat. n. 20.

[d] Iac. Butr. l. minus C. de testi. vi. Mascard. concl. 915. n. 17.

R. D. Satisfaciendo termino, comparco, & in contumaciam partis aduersæ, non producentis omnia, cuius contumaciam accuso, produco vnum instrumentum, seu Priuilegium dotationis decimarum, per Serenis. Regem &c. signatum sigillo Regni scriptum &c. & subscriptum &c. & peto per aduersarium, super recognitione dicti sigilli & signi, vel manus subscriptione, responderi, medio suo iuramento.

His dictis, ex aduerso pars si habeat instrumẽta producat, & petat copiã productorũ, vnà cũ termino ad dicendũ contrà: sigilla verò ipsa, manũ subscribẽtis recognoscat, medio iuramẽto. Et ratio est, quia si sigillum, instrumento appensum, non recognoscatur per aduersarium; frustra instrumentum allegatur, cùm ei non sit fides: nisi producens probet authenticum. [e] Similiter fit, si aduersa pars, signum notarii non agnoscat, vel notarium; tunc enim producens probabit illum notarium esse. Probatio verò fiet, aliquando per Ordinarii [f] vel Officialis loci, vel Capituli recognitionem, seu per approbationem,

[e] l. vni. C. de mand. princ. ipsum

[f] lib. 2. Cons. Syn. Prac. de fi. instr.

vel per nominis, signi, & manus suæ ad Metricam ecclesiæ Cathedralis inscriptionem: vel per testes, qui præsentibus partibus deponent de veritate sigillorum, vel legalitate notarii: Et si primi testes male deposuerint; tunc producuntur alii. Neque hic est locus regulæ: *Quòd didicitis, testificatis pars non admittatur ad nouos testes*: quia ex quo agitur de recognitione iurium, nullus timor subest subornationis testium. Poterit etiam probatio fieri, *per instrumentum Creationis, per possessionem longam officii, per notitiam manus scribentis, per publicam famam, per similia instrumenta sæpe visa, per antiquitatem instrumenti, quæ sæpe pro agnito habetur ob vetustatem, sicut etiam instrumentum ex longinquo allatum habetur pro recognito.* [f]

[f] *Vesf. d. loco.*

OBLATA.

DIe &c. Pr. A. *produxit* quædam priuilegia, vnum dotationis sub titulo B. aliud *fundationis*, & incorporationis decimarum R. D. &c. cum sigillo eius & Capituli sub datis &c, ad probandas positiones & articulos per ipsum productos, petendo, partem aduersam compelli ad recognoscenda *sigilla* & signa, medio suo iuramento. Ex aduerso Pr. N. petente copiam & terminum ad dicendum contra producta, & ad videndum seu recognoscendum sigilla. Et D. præfixit terminum ad 8. concessis copiis.

Obseruatio.

QVando instrumentum diuersa continet capitula; tunc producens potest protestari, [g] *se nolle vti instrumento, nisi quo ad tale capitulum tantum, & non aliter, neque vltra*, & hoc casu aduersario non dabitur integrum exemplum instrumenti sed capituli signati duntaxat: [h] iudici tamen legetur instrumentum totum. [i]

[g] *Bar. l. aurelius. § quidem. ff. de lib. leg. Ant. Gran. d. loco.*

[h] *c. cum contingit. ext. de fi. instrum.*

[i] *c. cum personæ. de priu. in 6.*

De Termino ad dicendum contra producta

C. XLII.

COpiis editis, quæ de iure aduersario edi debent, [a] in termino easdem impugnandi; in primis diligenter prælegat opponens, [b] cui instrumentum inseruiat; quid in se contineat: an partem producentem releuet: an is, qui concesit, poterat concedere. Deinde videat, an sit aliqua rasura, vel innouatio prioris figuræ, potisimum si fiat in loco suspecto. Vltimò consideret

Formam, stylum, filum, rasam membranam, sigillum,
Quæ sex falsata, dant scripta valere pusillum. [c]

[a] *l. 1. § edenda. ff. de ependo.*

[b] *Spec. tit. eo. § instrumentum.*

[c] *gl. c. licet. de crim. fal.*

Vt autem speciales exceptiones habeantur contra omnia producta: ideò hic inseruimus exceptiones contra varias species instrumentorum.

EXCEPTIONES CONTRA INSTRVmentum.

QVia caret solennitatibus requisitis, de quibus suprà. [d]

Quia est confectum à notario publico, non approbato ab Ordinario: quo casu *clericus vel laicus in domo sua talem notariũ manu tenens, pœna decẽ marcarum punitur de Cõ. Syn.*

[d] *tit. præced. de ter. ad pro. omn.*

EXCEPTIONES CONTRA PRIVIlegium.

QVia est impetratum, lite pendente, non facta litis mentione. [e]

Quia est alterius confirmatiuum: non enim valet, nisi ostendatur principalis concessio. [f]

Quia est personale, quod non transgreditur personam. [g]

Quia concedens non poterat concedere: & sigillum est falsificatum.

[e] *c. vlt. ext. vt lit. pend. c. diuĩ ext. de priu.*

[f] *l. cum principale ff. de reg. iu. Spec. de instr. edit. § nunc autem.*

Quia est concessum secundùm ius commune,& nihil priuatum offert. [h]

Quia priuilegium concessum, magnam læsionem infert, contra quem conceditur, [i] & nullam mentionem expressam facit legis vel canonis, contra quem datum est.

Quia suppresione veri, & suggestione falsi est impetratũ. [k]

Quia est contra ius naturale: nulla autem constitutione hoc tolli potest. [l]

Quia ob causam erat concessum quæ cessat: vbi considera, qualis sit causa, an finalis, an impulsiua. [m]

Quia priuilegiatus fecit contra priuilegium, [n] quod perditur variis modis: hinc versus.

Si facis contra, si negligo, propter abusum,
Delictum, damnum, pariterque concessa potestas.

Quia priuilegium exemptionem ratione personę continẽs, non extenditur ratione membrorum. [o]

Quia sub conditione datum,quæ nondum est adimpleta.

EXCEPTIONES CONTRA TESTAMENTUM.

QVIa testamentum in alienam voluntatem est collatum, cũ institutione hęredis iuxta arbitrium alienum: & tale non valet secundùm leges,secus fit de benignitate. [p] Hinc qui extremam voluntatem committit in alterius dispositionem,non videtur intestatus decessisse.

Quia testamentum non est vltimum, [q]

Quia testator furiosus,[r] mutus,surdus,[s] minor 14. annis [t] filius familias, [v] infamis.

Quia filium exhęredauit,causa vera nòn expressa. [x]

Quia in loco suspecto est rasum, viciatum. [y]

Quia solennitates requisitę sunt omissę in testamento. [z] puta numerus

h *c. Abbate. de verb. sign.*
i *c. quid per nouale. tt. sup. eo.*
k *c. sedes. ext. de Rescrip.*
l *§ sed naturalia Ins. de iu. nat. gent. & ciu.*
m *l. generaliter C. de Epi. & cler*
n *c. cum accessissent. de const. c. si de terra. c. accedentib. de Priuil.*
o *Abb. c. ex ore. de priuileg.*
p *verum. de cond. appa.*
q *c. vltima. l. 3. 2. c. cum tibi de Testam.*
q *c. cum Marthæ. de celebr. Missa.*
r *l. furiosum. C. qui test. fac. non pot.*
s *l. discretis. C. eo*
t *ff. de test. quæ æta.*
v *l. pen. C. de inof. testa.*
x *Aut. Vt cum de app. §. causas gl. c. quinta nat. de iureiu.*
y *c. licet. de crim. fal.*
z *Inst. de Testam. ord.*

ta numerus testium,rogitus,sigilla,subscriptio &c. De iure tamẽ canonico non requiruntur tantæ solennitates: & valet testamentum coram parochiali presbytero, & duobus testibus factum. [a]

Quia testator religionẽ ingressus est, & seculo renũciauit. [b]

Quia sine hęredis institutione nec executoribus deputatis, est confectum; quo casu prælati iuxta testatoris voluntatem testata dispensant: [c] alioqui ab intestato relicta dispensantur pro sepultura, pro debitorum exolutione, absolutione seruitorũ, & consolatione consanguineorum, pro fabrica ecclesiæ, quod ex constit. Synodi Prouincialis Gnesnen. procedit, & approbatione Papæ: secus enim de reb. intuitu ecclesiæ quæsitis, beneficiatus testari nequit. [d]

a *c. cum esses. ext. eo.*
b *c. quia ingredi. entibus 19. q. 3.*
c *vt in Prou. Const. de Test. & an. gr. idem de Suc. ab int.*
d *c. quianos. c. relatum. ext. eo*

EXCEPTIONES CONTRA SENTENTIAM.

OPPositiones fiunt hoc modo, prout infrà de sententiæ impugnatione dicitur.

FORMA AVTEM OPPONENDI EST talis.

CONTRA quasdam chartas loco priuilegiorum, sub titulo N. Regis Poloniæ dotationis, & B. Episc. Cra. incorporationis, ac quorundam articulorum, procurator, & nomine procuratorio discreti Plebani in N. excipiendo protestatur, quòd si quæ sunt, aut contineantur, tam in prædictis chartis priuilegiorum, si dici merentur quàm etiam positionum, & articulorum, quæ faciunt aut facere videntur pro parte sua, & contra partem aduersam, illa in eo duntaxat non impugnat, sed admittit, & approbat saltem tacitè. In quantum autem facerent, aut facere viderentur pro parte aduersa, dictus Procurator excipit, opponit, arguit, & excipiendo dicit. Quòd dictæ præ-

ctæ prætensæ chartæ loco priuilegiorum adductæ sunt, impertinentes, inefficaces, & de iure inadmissibiles, vetustate consumptæ, cùm per abusum, si aliquid valuissent, est ipsis renunciatum, & aliâs extra terminum sunt productæ, contra stylum & obseruantiam Curiæ Romanæ. Priùs enim adductæ sunt probationes, & recognitiones sigillorum, antequam admissio facta est: & terminus præfixus fit ad probandum, &c.

Hìc inserantur Exceptiones causæ inseruientes, & tandem in fine scribatur.

Ex prædictis igitur petit Procurator nomine quo sup: procuratorio, non obstantibus dictis prætensis chartis priuilegiorum pro parte D. A. adductis per vos &c. ad sententiam deffinitiuam pro parte D. P. procedendum fore, & procedi iusticia mediante. Has exceptiones &c,

Quod si verò nulla fuerit opus speciali exceptione contra producta; tunc procurator dicat generalia contrà. Si autem & generaliter neglexerit excipere, tunc contumacia partis accusatur, nihil in termino facientis. Hoc facto terminum sibi dari petunt Procuratores, ad declarandum: [c] de quo dicetur infrà: præmissa priùs doctrina, de aliis probationũ speciebus.

Priùs ad declarandum — [c] Hen. God. rub. 23.

De reliquis tribus probationum speciebus, videlicet de Facti euidentia, Iuramenti præstatione, præsumptione, & primò de notarietate C. XLIII.

[a] Spe. de Excep. § vlt. Fol. c. euidentiam de accu. & c. cum non ab homine de Iudic.

In Notoriis Iuris Ordo non seruatur.

ORDO iuris est in notoriis factis ordinem non seruare. [a] Vnde licèt ad ordinariam iuris cognitionem notorietas, non pertineat: ne tamen à nobis intacta relinquatur hæc probationis

bationis species; de ea agemus breuiter. Et in primis sciendum est, notorietatem seu facti euidentiam esse, quando quid sensu corporeo coram percipitur: & hæc tantam vim habet in probando; vt quoties de notorietate constat, toties non est opus accusatione, nec testiũ productione: [b] potestque iudex ad condemnationem partis, in tali casu procedere. Hinc *clericus habens animalia bipedia super terram, in domo gradientia; conuincitur incontinentiæ, ex notorietate.* [c] Similiter, *si quis asserat vulnus atrox, & mox indicet locum*: hæc probatio non potest in dubium vocari.

[b] d. c. euidentiã. c. tua de cohab. cler. c. vestra eo. tt. c. manifesta. 2. q. 1.

S. Lapidem

[c] gl. d. c. tua. § ex euidentia. Resonantia hic glossa. in mora additum non leuitur.

PROCESSVS IN NOTORIIS.

SAcrum Palatium, omissa omni tela iudiciaria in notoriis, & similibus: duos tantùm terminos seruat. [d] *Ad dicendum contra Commissionem*: si coram delegato agatur. *Ad dicendum contra articulos*, quos actor exinde dat, intentionem suam fundans; quibus præmissis, absque vlla tela iudicaria, & terminorum obseruatione ad sententiam proceditur.

[d] vestr. in pr. lib. 5. c. tt.

Ad hunc processum intelligendum, vtiliter hic dici potest, in iure aliud esse *Notorium iuris*, aliud *Notorium facti*, aliud *Præsumptionis*. [e] De notorio iuris talis est regula. *In notorio iuris requiritur probatio cõtra negatẽ se esse de aliquo crimine condemnatum.* [f] De notorio facti, hæc sit regula. *Notorium facti, nulla tergiuersatione celari potest: nec auditur hoc casu appellans.* [g] De notorio præsumptionis, sic statuitur in iure. *Præsumptioni notoriæ, deficiente probatione in cõtrariũ, creditur.* [h]

Distinctio Notorij

1 Notorium 2 3

[e] gl ind. c. manifesta.

[f] d. gl. c. manifesta.

[g] c. cum sit romana. c. peruenit. de App.

[h] c. Michael. de fil. presbyt. vbi gl

Verùm quia non solum in notorio processus fit: sed etiam super Rumore, & Fama: ideò de his subiiciendum est.

PROCESSVS SVPER RVMORE,

RVmor est particularis insinuatio, ex sola suspicione & incerto

certo auctore proueniens, & talis nihil probat : [j] sed præsumptionem iuducit, iuxta illum versum :

Rumor de veteri faciet ventura tueri,
Cras poterunt turpia fieri, sicut heri.

Et quoties talis rumor, militat contra aliquem; tunc inquisitio fit sub illa forma: *Auditis, quatenus est rumor populi.* [k] & si constiterit de delicto per inquisitionem, quod non sit publicum, tunc consulit Diaz, Clericum conuictum, vel confessum, *Camerario processu, & Familiari disciplina* corrigendum, [l] relegandumque sine expressione causæ in Sententia.

[j] *Host. in sum. de coha. cle. & mul. & c. Osius de Elec.*

[k] *c. qualiter de Acc. c. Deus. 2. q. 1. c. ex literis de exces. prel.*

[l] *Diaz in pr. crim. c. 87. n. 6.*

PROCESSVS SVPER FAMA.

SVper fama tũc inquiritur, quãdo inter homines est fama publica, seu insinuatio & proclamatio cõmunis, ex sola suspicione proueniẽs, & hęc nihil probat. hinc illud. *Fama volat*: id est, non est ei de facili credendum. [m] Inducit tamen Canonicam purgationem, quoties est frequens & scandalum pariens. [n] Si autem fama vnius testis adminiculo iuuetur; tunc talis fama probat: [o] quæ omnia in probationibus audiendis perpendenda sunt iudici. Quoties igitur clamor validus, & infamia præcedit à personis honestis, non suspectis, nec maleuolis; tunc regulariter inquisitio ab Ordinario instituitur: [p] & vocatur hæc inquisitio solennis, quæ dupliciter fit: [q] vel enim inquiritur super *Statu Ecclesiæ, tàm in capite, quàm in membris*, vel super *excessu singularis personæ*.

[m] *c. Si quis. dist. 85.*

[n] *d. c. qualiter.*

[o] *c. præterea. de testi. & Host. d. loco.*

[p] *d. c. qualiter.*

[q] *Spec. in tt. de Inquis. n. 3. § viso.*

PRAXIS INQVISITIONIS SOLENNIS

SI super statu Ecclesiæ infamatæ, & Prælatorum; tunc sine strepitu iudiciario, sed de simpliciter & de plano proceditur. [r] Et in primis *omnes iurabunt, plenam & veram dicere veritatem, super his quæ sciunt, vel credunt, exceptis occultis in sua ecclesia, tàm in Capite, quàm membris reformanda.* Deinde

[r] *Spec. d. loco. & c. olim de Accus.*

interrogationes fiunt, quæ succedunt loco probationũ. Vltimò, *testes qualescunq; admittentur, quales Ecclesia habere potest.*

Si super singulari persona inquisitio fiat; tunc præsente eo, qui inquisitionẽ promouet, fieri debet. [s] Et inprimis *citabitur infamatus: & propositione facta ab eo, qui inquisitionem fieri procurauit, interrogabitur infamatus*: An sit infamatus super tali crimine. Si confitebitur: tunc non est opus alio processu super infamia, nec libelli oblatio, & litiscontestatio requiritur: sed Capitula debent ei dari, super quibus debet inquiri, nominaq; testium, & dicta erunt publicanda; vt se defendat per exceptiones, replicationes, &c. Goffredus tamen sentit, quòd in hoc passu opus est libello, & litiscontestatione, & ordo debet iuris seruari in inquisitione, ad instantiam alicuius, de quo habetur c. qualiter il. 2. de Accusat.

[s] *Spec. d. loco.*

Sed si ex officio Episcopus inquirat; tunc edi debent capitula infamato: & si neget se infamatum, inprimis de infamia Episcopus cognoscat, postea de crimine. Testes verò non nisi legittimos recipiat, quorum nomina & dicta tradat infamato, qui se defendet excipiendo, replicando, &c. Et hæc solennis inquisitio ex officio, nascitur ex *inquisitione præparatoria, qualem Episcopi faciunt in Visitatione, inquirendo de clericis, & laicis.* Quoties enim secretè inquirit Episcopus de clericis, ex aliquibus de parochia dignis, & cognoscit ex depositionibus iuratis, aliquem clericum esse infamatum grauiter apud bonos & graues viros, toties ad illam solennem inquisitionem procedit. Hodie verò ex Decreto [t] SS. Conc. Trid. *Episcopi procedere possunt contra excessiuos clericos, sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta.*

[t] *c. 14. Sess. 25. de ref.*

De Iuramento Litisdecisiuo. C. XLIV.

QVia in defectu probationum, iuramentum maximum

est litium expediendarum remedium; ideò de quotidiana eius materia, & in practica vtili ac necessaria dicendum est inter species probationum. Est autem *iurare, aliquid Deo teste dicere.*[a] Iuramentum verò *est actus*[b] *inuocationis, seu assumptionis nominis diuini, ad confirmationem, seu testimonium veritatis.* Hinc iuramentum pro veritate habetur, & facit de non debito debitum,[c] Et quoniam iuramentum dicitur esse omnis controuersiæ finis:[d] ideò tres eius numerantur species, *Voluntarium, Iudiciale, Necessarium.*

a *Abb. in rub. eo*
b *Bal. l. 2. ff. eo.*
c *Ang. § item si quis f. Inst. de Act. n. 2.*
d *c. & si Christus ext. eo.*

VOLVNTARIVM communiter, Conuentionale, & extraiudiciale vocatur, quod pars parti defert extra iudicium, & de eo talis sit regula. *Voluntarium voluntariè defertur, & voluntariè suscipitur, nec refertur.*[e]

e *l. iusiurandum iunc. gl. ff. eo.*

IVDICIALE est, quod pars parti defert in iudicio coram iudice, & eo approbante, & illud potest quis deferenti referre;[f] adeò vt si actor, cui relatum est iuramentum, nolit illud præstare, reus absoluatur:[g] hinc ortum est iuramentum *Delatorium, & Relatorium.*

f *d. l. iusiurandū*
g *d. l. iusiurandū & l. generaliter C. eo. § sed iuramento.*

NECESSARIVM, quod & suppletiuum dicitur est, quod in defectu plenę probationis, à iudice, parti melius probanti, defertur, & tale iuramentū tenetur pars suscipere, nec poterit delatum referre.[h]

h *c. fin. ext. eo.*

Defertur autem hoc iuramentum, quando per vnum testem semiplenè probatum est.[i] Quod tamen fallit in multis casibus.

i *c. ex insinuatione. ext. de procur.*

1. Si testis rationem dicti non reddat.[k]
2. Si testes sint singulares.[l]
3. Si ille qui iurare debet, non est omni exceptione maior:[m] veluti, quia est infamis infamia facti, qualis est *Spurius.*
4. Si testis, non sit omni exceptione maior.[n]
5. Si lex requirat certum numerum testium: vno enim deficiente non defertur iuramentum in supplementum.[o]

k *Maran. p. 2. ex par. princ. n. 14.*
l *Bal. l. de quibus. ff. de Legi.*
m *Bar. l. admonendi. ff. de iureiuran.*
n *Bar. d. loco.*
o *Maschar. de probat. concl. 956.*

Vbi

6. Vbi requirũtur probationes, sub superlatiuo nomine.[p]
7. Quando requirũtur probationes liquidę & indubitatę.[q]
8. Quando contra semiplenè probantem est aliqua præsumptio: *hinc ei qui facilis est ad iurandum, non est deferendum.*[r] *similiter suspecto de periurio non defertur.*
9. In causa criminali nõ defertur iuramentũ in supplemẽtũ: *quia in criminalibus luce clariores debent esse probationes.*[s]
10. In causis beneficialibus, non defertur iuramentum in supplementum.[t]
11. In causis matrimonialibus, monachatus, non defertur hoc iuramentum, sed pro matrimonio vero: pro monachatu defertur iudiciale & voluntarium.[x]
12. Quando statutus est terminus ad probandum per omne genus probationis; tunc transacto tempore non potest deferri hoc iuramentum.[y]

p *gl. in l. vlt. ff. quod met. cau.*
q *Bal. l. vlt. C. de Secun. nup.*
r *Bal. l. quæ sub condit. ff. de cond instit.*
s *gl. & Bar. l. admonendi. ff. de iureiur.*
t *l. sciant. C. de Probat.*
v *Bal. in. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred.*
x *gl. & 16. Bar. l. 3. § 1. ff. de iureiuri Abb. in c. mulieri. ext. eo.*
y *Bal. c. vlt. ext. eo.*

Sit itaq; cautus iudex in delatione, & ante delationem inspiciat vitam actoris, & rei, si sit aliàs honesta vel non: pro qualitate enim personarũ defertur huic vel illi, vel etiam nulli. & plura de hoc vide quæ traduntur in l. bonæ fidei C. de reb. cred. & l. admonendi ff. de iureiur. & c. vlt. ext. eo. Quoties verò hoc iuramentum fuerit præstitum; tunc semper habet vim plenæ probationis,[z] & sapit naturam sententiæ deffinitiuæ:[a] & ideo post præstationem ipsius, datur *actio*[b] *in factum*, per quam debitum, super quo iuramentum præstitum est, petitur: & pars altera sentiens se esse grauatam, potest à iuramenti delatione appellare.[c]

z *Ang. in d. § item. & l. non erit. § dato. ff. eo*
a *l. sed si possessori § fi. ff. eo.*
b *d. § item. Inst. de Act.*
c *c. oportet. 8. q. 1*

De Præsumptionibus legittimis. C. XLV.

PLEnas & veras probationes sequitur præsumptio, & est argumentum ad credendum vnum factum, surgens ex probatione alterius.[a] Oritur autem præsumptio, ex multis causis, scilicet

a *Spec. eo. tit.*

scilicet, *ex causa, persona, loco, tempore,* [b] *ex qualitate, taciturnitate, fletu, fuga, negligentia, conseruatione, familiaritate, vicinitate, obscuritate, euentu, dilectione, societate, frequentatione, ætate.* [c] Et licèt ex tam variis causis procedant; tamen ad quatuor species reducũtur. Aut enim est *temeraria*, aut *probabilis*, aut *violenta*, aut *necessaria*. De *temeraria* sic statuunt iura, quod sit inualida, & de iure repellitur, nec mouere debet animum iudicantis: [d] quia surgit à malis hominib. ex leuib. causis. De *probabili* disponunt iura, quòd inducat purgationem canonicam, vt suprà de fama dixi. De *violenta* illud tene, quòd dicatur præsumptio iuris, & inducit [e] læpè iudicem ad pronunciandum, nisi contrarium probetur. [f] De *necessaria* id fatentur omnes Doctores, quòd sit iuris, & de iure, & inducit probationem, & iudicem ad pronunciandum; nec recipit probationem in contrarium. *Illud tamen nota, quòd vbi iudex, per præsumptionem procedit, valde suaam sententiam debet temperare, & tardus debet esse, ad pœnam corporalem*, vel pecuniariam infligendam. [g] Hinc D. Adrianus Seuero rescripsit. *Sanctius esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.* Sed iam ad institutum Ordinarium processum redeamus: & quia exhibitionem instrumentorum sequi debet terminus; ad declarandum de eo subiungamus.

b vt 81. dist. in omnib.

c vt Spec. d. tt.

d c. l. 2. q. 1.

e c. literis de præsump.

f c. proposuit. eo. tt.

g Spec. d. tt. in 5. in fi.

De Termino ad Declarandum & dicendum contra declarata. C. XLVI.

HIc Terminus in nostris Consistoriis communiter omittitur, & mox post terminum, ad dicendum contra producta ad conclusionem causæ deuenitur. Sed quia in quibusdam causis seruatur, præsertim si ex delegatione Apostolica coram delegato agatur; [a] pro intelligendo sequenti processu, coram delegato, de eo paucis attingam.

a Aegid. Bellamer. concl. rot. 22

Est au-

Est autem inuentus hic terminus, propterea; vt vtraque pars possit verbo, vel in scripto, intentionem suam declarare, qualis fuerit, sit, & esse debeat; & qualiter sua dicta scripta in libello, exceptionibus, productionibus, instrumentis, intelligi debeant. Cùm enim verba instrumentorum, libellorum largissimam interpretationem admittant, etiam cum improprietate verborum, prout & Theodosium Imperatorem fecisse constat, qui accommodauerit pro mutuauerit, impropriauit: [b] ideò propter verba dubia, obscura fit declaratio in fauorem producentis sub tali forma.

b l. sciant. C. de hỹ qui ex pub. rat. lib. x.

R. D. Ex quo statuistis terminum ad declarandum, idcircò accuso contumaciam partis aduersæ, nihil in termino declarantis, & pro parte mea declaro, allego, & dico, vt in scriptis continetur &c. & peto mihi citationem dari contra partem ad dicendum contra declarata. Quem terminum dabit Iudex delegatus, & audiet partium disputationes & allegationes, [c] quas propriè hic terminus respicit. In nostris Curiis, quia disputatio & allegatio non seruatur; ideò vtroq; eo termino omisso, ad concludendum procedimus, præmonito eo, Probantem semper debere habere claras probationes: quibus si careat, nihil ei proderit obscura probatio, [d] vel declaratio. Hinc legibus proditum est, verbum testis ambiguum, contra producentem esse interpretandum. [e] Et idem fit in contractibus: semper enim contra obscurè dicentem, scribentem, verba interpretantur: & sibi imputet qui clariùs non dixit, vel non scripsit: [f] quandoquidem in omnibus rebus salua debet esse ratio recti sermonis.

c Spec. de Disp. & Alleg. aduoc.

d c. cum tu, ext. de Testi.

e c. in præsentia de probat. vbi gl in ver. dubium.

f l. veteribus. l. ncpos. ff. de verb signif.

De Termino ad Concludendũ. C. XLVII.

COnclusio causæ nihil aliud est, [a] quàm præclusio facultatis amplius producendi testes vel instrumenta, quæ ideò

a Castr. in l. apmonendi. n. 27. ff. de iureiur.

ideò fit, vt ad sententiæ prolationem properetur.

Cùm igitur partes non habent, quod amplius in causa proponere debeant, vlterioribus probationibus & allegationibus renunciant, & petunt in causa concludi. [b]

Consueuit autem actor vel suus procurator in eo termino sic dicere. R. D. Ego N. peto in huiusmodi causa concludi, & mecum pro concluso haberi. Ex aduerso reus, vel eius procurator, si causam habeat rationabilem, quare non sit concludendum, potest contraeuenire renunciationi, seu conclusioni. Iudex autem assignabit terminum competentem, infra quem proponet quidquid velit. [c] Quodsi verò iudex recusauerit causas audire, nec vellet dilationem concedere ad eas exponendas; tunc pars protestetur de grauamine, & hoc faciat semper, quoties se grauari prætendit: Si autem vtraque parte consentiente in causa concluſum fuerit, vel si iudex viderit nullam esse competentem causam, cur concludi non debeat; extunc ipse cum vtraq; parte potest concludere, & pro concluso habere, & potest partibus hinc inde terminum assignare *ad videndum & audiendum sententiam deffinitiuam, in tali causa ferri, & in scriptis promulgari*. Facta eiusmodi conclusione, amplius probattioni non est locus, etiam per instrumenta, [d] nisi conclusio fiat cum potestate recludendi. Poterit tamen iudex interrogare partes de meritis causæ ad clarificanda dubia si quæ emergunt, & hoc magis faciet ex officio suo, [e] quàm ad petitionem partis. De hoc termino nota, non esse illum de substantialibus: & ideò in priuilegiatis omitti potest. [f] Hinc apud nos non concludunt iudices in causa summaria; sed tantùm in causis iudiciorum figurã requirentibus: Tunc enim sic dicunt. Concludimus in causa, dilationes & appellationes, si quæ sunt resecamus & refutamus. &c. Cæterùm in criminalibus non habet locum conclusio

[b] c. quoniam de Prob. ver. renũciationes. Spec. eo. tt. de renun. & Io. An. ib.

[c] Spec. de loco.

Vis Conclusionis.

[d] c. cum dilectus ext. de fi. instrũ.

Iudicis sui officium

[e] c. cum Ioannes de fi. instr. l. ybicunq. ff. de int. act. c. iudicantem. 30. q 3. Bart. l. si mater ff. de exe. re iud § eaudem.

omittibus in priuilegiatis

[f] clem. c. cum dilectus. de fi. inst.

Crimin. aliud Sum.

clusio. In aliis quoque causis possunt post conclusionem fieri allegationes iuris, & dari consilia. [g] Quod cùm hodie negligant partes facere, peritosque adire contemnant: ideò victoriam in causis, quam ex opinione tantum sua sibi proponunt, nulla iurium ratione suffulti, creberrimè amittunt.

[g] Felin. in c. cum dilectus. de fi. inst.

De Satisfactione notario facienda, & de taxa processuum iuris. C. XLVIII.

OMnibus terminis seruatis, partes curare debent petendo notarium, vt singula acta debitè regestrata, & in publicam formam redacta, iudici præsentet, vt desuper deliberet & iustam sententiam ferat; vt finis sit litium: ad quam rem faciendam excitabuntur notarii, si debito præmio non fraudabuntur. Hinc si vna pars instet proferenda sententia: altera verò id negligat facere, nec satisfacere notario velit, posset pars citare aduersarium ad satisfaciendũ notario, quò facilius acta omnia redigantur in formam. &c

Pars negligens cogenda. ad Solum.

Et quia taxa processuum iuris, Consistorii spiritualis, reperitur in Constit. Prouinc. hanc hîc inserere visum est. quam sub pœna dupli & pœna Synodali, notarii inuiolabiliter tenentur obseruare. [a] Reperitur quoque alia taxa in statuto Regni, quàm Episcopus Bodzanta fecit, & in Consistorio Cracouiẽ. inuiolabiter eam obseruare præcepit.

[a] lib. 3. Con. Syn. Et quoniam. de Cens.

TAXA PROCESSVVM IVRIS CONSIstorii spiritualis, totius Prouinciæ Gnesnensis.

IN causis ordinariis, CITATIO, vnus grossus, siue sit vnus, vel plures iudices apud Episcopos. Apud *Officiales*, medius grossus. CONTVMACIA, siue contra vnum, siue contra plures, vnus grossus. AGGRAVATIO, duo grossi. REAGGRAVATIO, tres grossi. CONTRA PARTICIpantes, quatuor

Contumacia Iudicum inferiorũ.

tuor grosi. INTERDICTVM quodlibet, & quotquot sunt personæ, sex grosi. A qualibet ABSOLVTIONE prædictarũ censurarum duo grosi. INSTRVMENTVM appellationis sedecim grosi. REMISSORIA pro examine testium, sex grosi. PRO EXAMINE cuiuslibet testis super simplici propopositione examinati, duo grosi. Si vero super articulis quantumùis magnis, sex grosi. Si super interrogatoriis, nihil. Si dantur ad numerum tredecem, vltra generalia, quæ in hoc numero tredecem computari non debent, sed tantum specialia. Si autem supra tredecem, tunc pro quolibet interrogatorio vnus grossus. COPIÆ, pro viginti quatuor rigis, in media carta, ex vtraque parte scripta, vnus grossus. AB OBLATIS & ADMISSIOnibus quorumcũque processuum, nihil. A NOTIS IVDICIALIbus apud ordinarios, medius grossus. *Apud foraneos Officiales*, sex denarii. A NOTIS obligationum & constitutionum vnus grossus. *COMMISSIO* sex grosi. COMMENDA simplex, quatuor grosi. CRIDA cum COMMENDA, sex grosi. SIGNIFICATORIA pro institutione, quatuor grosi. EXEQVVTORIALES sine sententia, sex grosi: *Cum sententia*, duodecim grosi. *Et in beneficialibus* in pergameno, vnus florenus, PRO TRANSSVMPTO senttentiæ deffinitiuæ ad curiam Romanam, vel alibi transportando *in pergameno*, & sigillo appenso, vna marca. AVTHORITAS audiendi confessiones, duo grosi. INDVLTVM ad copulandum, duo grosi. AD CELEBRANDVM extra ecclesiam sex grosi. CARNES manducandum ex necessitate, duo grosi. DIMISSORIA duodecim grosi. SVBDELEGATIO causæ, duo grosi. PRO CONFIRMATIONIBVS testamentorum, si testamentum continet cẽtum florenos, vna sexagena. *Si supra centum* ad quamcunque summam, non vltra quinque floreni. *Hoc prouiso*, quod paruus excessus suprà centum, non augeat taxam. DE INSTITVTIonibus

ONIBVS *& prouisionibus* beneficiorum mos antiquus, & bulla prouincialis seruetur. PRO ERECTIONIBVS beneficiorũ à marca prouentus, medium florenum. PRO REGESTRO in vno folio papyri, duo grosi, ita quod medietas folii contineat rigas viginti quatuor, & non minùs: & scribatur scriptura comprehensiua non extensa. CITATIO APOSTOLICA vnus ferto. Si in ea est insertio Commissionis, aliàs sex grosi, & hoc si est in pergameno. *Nam ab ea*, quæ est in papyro, absque insertione Commissionis, quatuor grosi. CITATIO *per appellationem*, sex grosi: CITATIO *cum inhibitione*, duodecim grossi. CITATIO *cum Compulsoria*, duodecim grosi. COMPVLSORIA *cum inhibitione* duodecem grosi. CONTVMACIA APOSTOLICA, & appellationis, sex grosi. AGGRAVATIO, octo grosi. REAGGRAVATIO, decem: & *Contra participantes*, duodecem. INTERDICTVM quodlibet, & quotcunque personas contineat, quindecem grosi. ABSOLVTIONES tàm in Apostolicis, quàm in appellationum causis, soluuntur secundùm proportionem & taxam censurarum. COMPVLSORIA, sex grosi. INHIBITIO, sex grosi. REMISSORIALES, pro examine testium, octo grossi. PRO INSTRVMENTO remissionis causæ ad priorem iudicem, habentem vim definitiuæ sententiæ, media marca: si non habet vim definitiuæ sententiæ, quindecem grosi. SI A DEFINITIVA, vna marca. CITATIO AD EXEquendam sententiam, sex grosi. EXEQVVTORIALES, si in eis vna sententia inseratur, vna marca: SI Duæ sententiæ, duæ marcæ: & sic consequenter. SVBDELEGATIO causæ, quatuor grosi. COMMISSIO ad causam, duodecem grosi. ABSOLVTIO cum inhibitione, media marca. *Item*, IN CAVSIS, quæ regestrantur, non soluantur notæ: Et si partes concordent, antequam regestrum scriptum fuerit; tunc procuratores tenentur ad solutionem notarum.

IN CAVSIS LEGAtionis natæ, seruentur omnes taxæ prædictæ, quas in causis Apostolicis & Appellationum seruari decreuimus: hoc excepto, vt pro commissionibus & citationibus, cum insertione quærelæ, in forma conquæstus, vel sua nobis, ditiores soluant mediam marcam, & pauperes quindecem grossos.

De Tertio partiali membro Processus iudiciarij, scilicet de sententia, & de his, quæ eam sequuntur. C. XLIX.

IVRgantium controuersias celeri sententia terminare, & æquitati conuenit, & rigori. [a] De qua cùm nobis agendum sit, ab eis deffinitione ordiamur. Sententia igitur est, iudiciális deffinitio controuersię, finem imponens, condemnationem vel absolutionem continens. [b] Vt autem rectè concipiatur sententia, opus est sex concurrere. [c]

1. Nomen iudicis, & eius qualitatem, an sit Ordinarius vel delegatus.
2. Nomina litigantium.
3. Tenorem petitionis porrectæ.
4. Substantiam processus causæ s. litiscōt[m] Iur[i] præs[m], &c. hoc tamen apud nos nòn seruatur; sed tantùm dicitur, visis & auditis partiū allegationibus consilio iurisperitorū habito, &c.
5. Præsentiam partium vel contumaciam.
6. Condēnationē rei vel absolutionē, vel aliud ęquipollēs.

Quæ omnia dum rectè per iudicem sententiātem concipientur, tum illud in primis ab eo seruetur; vt nunquam contra absentem, & non citatum ferat sententiam; alias enim nullo modo teneret, [d] vt etiam infrà de termino ad audiendam sententiam ferri dicetur.

Non

a c. iurgantium, etc. de re iud.

b Spec. st. ob. Is. ff. de re iu. gl. & illa, ext. de accus. c Spec. d. loco.

d gl. pen. in c. tenor de re iud. & c. super ea.

Non est etiam prætereundum in iure quatuor species sententiæ reperiri. [e] Quædam est enim *Deffinitiua*, quædam *Interlocutoria*, quædam *quasi deffinitiua*, quædam *Mista*.

DEFFINITIua est, quæ imponit finem toti causæ in iudicium deductæ, & ex pronunciatione iudicis continet absolutionem vel condemnationem. [f] Et vocatur ideo deffinitiua, quia non solùm imponit finem causæ, sed etiam finit post eam officium iudicis, nullaq; illi restat iurisdictio, nisi executio. [g]

QVASI DEffinitiua est, quæ ex toto non perimit causam, [h] qualis est sententia in possessorio lata, nullo habito respectu ad petitorium: quod quia intentari potest post possessorium; ideo per talem sententiam non dicitur propriè causa decidi.

INTERLOCVTORIA est semiplena sententia, quæ inter principium causæ, & finem, profertur super his, quæ in lite incidunt vel emergunt, i hanc reuocare potest iudex, quando vult, [k] & sine solennitate eam profert.

MIXTA, quæ dicitur etiam Interlocutoria, habens vim deffinitiuæ, est, quæ principale negotium non deffinit, sed in consequentiam. V. g. si quis exceptionem peremptoriam opponat & iudex eā admittat interloquēdo, Mixta appellatur sentētia. [l]

VLTRA PRÆdictas species, accidit aliquando in iudiciis, quod iudex præcipit aliquid facere parti, vel per se vel per nūcium, veluti est *præceptum de comparendo*, quod dicaturné sē tentia interlocutoria vel non, dubium est: [n] & si causa fuerit inchoata, dicendum est, quòd sit interlocutoria: Si verò extra iudicium aliquid præcipiat iudex, sine cognitione causæ; tunc tale præceptum *Sententia præcepti* vocatur. [n]

DE SENTENtia quoque Excommunicationis, [o] & absolutionis nonnulli senserunt, [p] illam potiùs trahi ad interlocutoriam quàm ad deffinitiuam. Verùm cùm per excommunicationem puniantur homines, lites autem per eam non termi-

e gl. clem. 1. de seq. pos & frus. ver. deffinitiua. & clem. fi. de app. ver. super ea. Abb. in c. fi. de re iu.

f d. l. 1. ff. de re iud.

g c. in literis. c. quærenti. de off. deleg. & l. iudex ff. de re iud.

h Abb. d. c. fi & gl. c. consultationib. ver. restitutionem de off. deleg.

i gl. in d. clem. 1.

k gl. in sum. 2. q. 1

l clem. fin. de App.

m Abb. in rub. de ind.

n gl. in sum. 2. q. 1. Innoc. in c. ad aures. ext. de temp. ordi.

o vt in rub. de sen. exc.

p Innoc. in c. per tuas de sen. exc. Archi. in c. animarum de Const. in 6.

nentur: impropriè dicitur sententia, quòd & de absolutionis sententia dicendum est. q

q c. 3. 11. q. 3.

Maximus autem est effectus sententiæ. r 1. Quia facit ius, inter quos lata est, ex quo transit in rem iudicatam; etiamsi sit contra ius litigatoris: nam res iudicata, pro veritate habetur. s 2. Quia non rescinditur prætextu nouorum instrumentorum, postea repertorum, t 3. Quia non rescinditur ratione calculi, seu malæ computationis; nisi error calculi in sententia exprimatur. u Et prædicta sunt vera, quoties sententia non est nulla, x nec ab ea est appellatum,

r Spec. lib. 2. p. 3. quis sit effectus.

s l. res iudicata. ff. de reg. iu.

t c. inter monasterium. c. subortа. de re iudic.

u l. 1. ff quæ sent. sine app. rest.

x Spec. d. loco.

De termino ad videndum & audiendum Deffinitiuam ferri. C. L.

OMnibus allegationibus, informationibus, & instructionibus iurium, à partibus productis, & *in actis* conscriptis a iudex diligenter perpendat omnia dicta testium, & instrumenta producta, quibus animus ipsius inducatur ad cognoscendam iuris veritatem: b & cùm animaduerterit, quibus munimentis magis lux veritatis assistat; c curet vt secundùm d allegationes partium, & rationes iurisperitorum, iudicet, non autem secundùm conscientiam. Quòd si verò merita causæ postularent, vt primò super negotio iudex cum suis Assessoribus conferat, tunc potest totum processum reuidere vnà cum illis; vt ipsi ad rectè consulendum, ille verò ad benè pronunciandum informari possit. His verò factis Sententia deffinitiua terminabit iudicium: pro qua audienda, hic datur terminus ad audiendum.

a c. quoniam de Probat.

b l. iudices. & Auth. iubemus. C. de iud.

c c. præterea. de testi.

d gl. c. pastoralis § quia vero. de off deleg. & gl. c. 1. de off ord. Bart. l. 1. C. vt quæ desunt aduo. l. Gra chus C. de adult. & c. qui peccat. 23. q. 4.

In termino igitur, comparens pars citans, dicat.

Ego N. Procurator talis, produco citationem debitè exequutam, & partis aduersæ non comparentis,, accuso contumaciam, ipsamque contumaciam peto reputari, & in

& in eius contumaciam, sententiam deffinitiuam pro me, & pro mea parte, & contra aduersam partem, secundùm formam petitionis per me, superiùs oblatæ, in libello, in scriptis fieri & promulgari.

Si verò adsit procurator aduersæ partis, & causas habeat, cur sententia ferri nõ debeat; tũc potest dicere: Ego N. nomine procuratorio talis, protestor de non consentiendo, in sententiam deffinitiuam: ex eo quòd causas rationabiles proposui & allegaui in causa huiusmodi, & aliâs protestor de grauamine & appellando. Si verò merita causæ non exigant; vt prædicta faciat; tunc potest dicere. Ego etiam peto sententiam deffinitiuam pro me ferri. &c. Quo facto, iudex sententiam ipse per se feret, & non per alium, *nisi sit episcopus.* g

g Spec. d. libro 2. p. 3. de sent. § iuxta. n. 12.

Deinde *sedeat pro tribunali*; h à stante enim vel deambulante, aut equitante, lata sententia non valet. i Attenditur quoque ratio loci in sententia, *ne sit extra Diecœsim*, k *vel extra locum*, l *qui partibus assignatus est*, *vel in loco inhonesto.*

h c. cum æterni de re iud. in 6. l. 2. § dies. ff. quis ordo in bon. pos.

i

k c. romana. exe. de foro comp.

l c. fi. ext. de rescr. & l. si locus. ff. de iud.

Ratio etiam temporis habeatur, *ne die feriato* m *feratur*, præsertim si feriæ sint, quibus renunciari non possit: *vel ne de nocte feratur*; n de die enim ferri debet sententia: aliâs processus nullus esset; nisi in casu, quando mora periculum afferet, puta, si iurisdictio iudicis tempore peritura esset; o tunc enim de nocte ferri potest, p vel quoties partes consentiunt: quandoquidem iuxta Accursium, q *de die sententiatur necessitate, de nocte voluntate:* & quoties fertur; tunc in scriptis r sic pronunciari consueuit.

m c. fi. de fer.

n Spec. de loco. n 7. & ib. Io. and in addit.

o Oldr. cons. 65 Grau. ad Vestr. lib. 6. de testi. n. 31.

P Ang. Bal. Bart. l. More Roman. ff. de fer.

q in d. l. more. d. c. fi. de re iud. in 6.

SENTENTIA DEFFINITIVA.

CHristi nomine inuocato, pro tribunali sedens. & solum Deum præ oculis haben. de iurisperitorum con-

r

filio & assensu, matura deliberatione præhabita ex iis quæ vidimus & videmus, cognouimus & cognoscimus, in causa quæ vertitur inter A. Abbatem ex vna & N. partibus ex altera, de & super decima manipulari & campestri post agros & araturas, tàm prædiales dicti A. quàm omnium & singulorum incolarum, & Cmetonum in villa G. communiter nominata, in districtu N. Diœcœsis Crac. per hanc nostram sentẽtiam deffinitiuam, quam ferimus in his scriptis, dicimus, decernimus, pronunciamus & declaramus, omnes & singulas decimas manipulares & campestres, tàm post agros & araturas dicti A. quàm etiam omnium & singulorum incolarum Cmetonum, in prædicta villa G. ex præscriptione legittimè præscripta pertinuisse & spectasse, & hodie pertinere & spectare ad prædecessores præfati N. & ecclesiam suam in S. eosdẽq; prædecessiores dicti N. in possessione dictarum decimarum, per *tempus legittimè præ*scriptum fuisse & extitisse, absque *aliqua interruptione*, & ipsum N. à temporibus quibus assecutus est dictam ecclesiam easdem pacificè possedisse, & hoc præfato N. adiudicand. fore & adiudicamus. præfatoque D. A. & Monasterio suo, seu ecclesiæ in S. *in decimis* prædictis, & ad ipsas, nullum ius competiisse nec competere, oppositionesque & contradictiones ac impedimenta præfato N. & ecclesiæ suæ in S. per prædictum D. A. in prædictis decimis, de iure ipsarum præstitutas, & præstita, temerarias, & iniustas fuisse & extitisse, præfatoque D. A. & ecclesiæ suæ in S. de & super dictis decimis perpetuum silentium imponendum fore & imponimus, prædictumque N. & suam ecclesiam, ab impetitione dicti A. absoluend. fore & absoluimus, condemnand. præfatum A. præ-

A. prædicto N. in expensis coram nobis legittimè factis, quarum taxationem nobis in posterum reseruamus. Lecta, lata, & in script. pronun. est hæc sententia per me N. &c. in præsentia &c.

Lata sententia, in eum modum, vt suprà: pars, pro qua fertur sententia potest sic dicere. Ego N. in quantum sententia huiusmodi, pro parte mea est, & contra partem aduersam facere videtur, & non alias ipsam suspicio, & per vos notarium causæ huiusmodi mihi publicum instrumentum confici peto. In quantùm verò contra partem meam faceret, & pro parte aduersa; extunc protestor de grauamine & appellando. Similiter ex aduerso alia pars contra quam lata est sententia, dicet. Ego N. dico huiusmodi sententiam, si meretur ita dici, fore iniustam & iniquam, honore & reuerentia saluis, & protestor de grauamine & appellando.

His factis infra decem dies in scriptis, pars grauata appellabit, vt infra dicetur: quòd si verò appellare neglexerit, tunc sententia executioni mãdabitur, de qua in fine processus dicetur.

De sententiæ impugnatione. C LI.

DVpliciter sententia impugnatur: aut *ratione nullitatis*, idque multis modis, [a] scilicet, *Ratione iudicis, ratione defectus iurisdictionis, ratione litigatorum, ratione loci, ratione temporis, ratione causæ, ratione inepti libelli, ratione qualitatis, ratione modi, ratione falsi procuratoris, ratione processus malè seruati, ratione expressi erroris iuris, ratione sententiæ contra defunctum, vel contra absentem infirmitate, vel impedimento legittimo detentum latæ*, aut *ratione iniquitatis*: & *tunc septem generalibus modis subleuatur & impugnatur.*

[a] *Spec. de sent. § iuxta Mara. p. 4. princ. dis. 16. Ioan. Pels. in suo proc. c. 42.*

1. Per appellationem. [b]

[b] *vt sup. de App.*

2. per

2. Per supplicationē principi porrectam. [c]

3. Per in integrum restitutionem. [d]

4. Per simplicem petitionem præsertim in casu quando iudex sententiam reuocare potest. [e]

5. Per quærelam falsi. [f]

6. Per implorationem tristis auxilii. [g]

7. Quando post sententiam nullo remedio attentatam iterum de causa cognoscitur. [h]

Sunt & alii speciales modi impugnandæ sententiæ, v. g. *Si sententia in tertia persona concipiatur: præsumitur enim sine scriptis esse lata: & sic non valet.* [i] Item, *Si alio loco lata sit, quàm vbi ad hoc datus est terminus:* [k] vel *si metu vel errore consentiunt in sententiam: appellatione enim rescinditur:* vel *Si lata sit sub conditione:* vel *si exactum sit iuramentum calumniæ in causa, & non sit præstitum.* Et in summa, si aliqua competunt ex his, quæ diximus de exceptionibus, per illa impugnari potest sententia. Sed iam de eo generali modo subleuandæ sententiæ dicere restat, qui propriè ad nostrum processum pertinet, scilicet, de appellatione, præmisso processu de nullitatibus.

Qualiter procedatur in impugnatione sententiæ per viam nullitatis C. LII.

PRIuilegio fori nostri, à Leone X. concesso, non posse sententiam impugnari per viam nullitatis, occasione processus, vel terminorum male seruatorum, monuimus suprà: [a] sed quò ad defectum iurisdictionis pertinet, vel si manifestum errorem sententia contineat, seu aliquo alio vicio notaretur; de quibus suprà; [b] tunc sententia nulla dici potest, & condemnatus duplici remedio contra eam iuuatur: [c] aut enim *incidenter* opponet nullitatem, aut *principaliter.* incidenter excipitur de nullitate

[c] *Host. in sum. de sent.*
[d] *c. cum ex literis. eo. tt.*
[e] *vt inf. c. 86.*
[f] *l. si præter. ff de Iudic. § marcellus.*
[g] *l. serui ff. de appell.*
[h] *c. cum Bertoldus ext. de re iud*
[i] Spec. d. *loco § quoniam.*
[k] *vt sup. de term ad aud.*
[a] *vt in c. 7. sup. de figura.*
[b] *vt in c. 51.*
[c] *Bar. l. si expressim. ff. de app.*

tate, quando iudex sententiam suam aduersario petente exequi vult: tunc enim probata causa, quæ nullitatem præsupponit, [d] erroreque detecto, iudex cessabit ab executione, nec iam aliter cognoscet de nullitate: sed reuocata priore sententia, denuò iudicabit. Principaliter verò arguitur sententia nulla: quando pars sententiam nullam dicens, adit superiorem iudicem, non per viam appellationis (à sententia, siquidem nulla, non est appellandum, [e]) sed per viam quærele super nullitate: [f] solaque nullitate allegata, obtinet citationem, & aduersarium citat, offertque libellum in causa nullitatis, petens sententiam pronunciari nullam, causam nullitatis exprimendo, quod fieri posse vsque ad 30. annos leges tradunt. [g] Aliquando etiam principaliter intentatur nullitas: quando quis appellat à sententia hac forma. *Dico sententiam nullam. & si est aliqua, appello.* his enim verbis nullitas intenditur principaliter secundū quosdam: [h] & licèt quidam dubitent positné hoc fieri ob contrarietatem; vt sub præscripta forma quis prosequatur vtramque viam: tamen communiter [i] admittuntur tales appellationes. respectu enim deuolutionis causæ ad superiorem contraria non sunt: quando quidem tàm ratione nullitatis, quàm ratione iniustitiæ causa ad superiorem deduci potest, & simul vtramque cumulari posse tenent recentiores: [k] quo casu iudex, si compertam habuerit nullitatem, duntaxat pronunciabit super nullitate: & non super appellatione: & hoc verum est, nisi velit pronunciare frustra appellatū esse: quòd si autē sententiam aliquam inuenerit, iniquam tamen; tunc pronunciabit in causa appellationis, [l] male fuisse iudicatum, benè verò appellatum: vel è contra, male fuisse appellatum, benè verò iudicatum. quo casu, si nullitas in causa appellationis principaliter deducetur; tunc succumbens in appellatione, amplius de nullitate agere nequit. [m] si verò incidenter: tunc ex defectu appel

[d] *Bal. l. qui testamento. ff. de exc. tut.*
[e] *dd. in c. dilecto ext. de app.*
[f] *Maran. par. vlt. 6. par. princ. act. 1. in fi.*
[g] *vt Ins. de perp & temp. act. & l. omnes. C. de præs. 30. ann.*
[h] *Couar. prac. quæs. c. 24. n. 7.*
[i] *Host. c. dilecto ext. de app.*
[k] *Vestr. lib. 8. c. 1. n. 5. & ib. Grauat. n. 23. Vant. tt. de nullita. qu. t. & qui. mo. nul. prop*
[l] *ita Bar. d. l. si expressim.*
[m] *vt gl. not. & licet ext. de prob*

pellationis succũbẽs, de nullitate corã cõpetente iudice aget.

a Con. d. loco. n. 8

TERMINI IN CAVSA NVLLITATIS,

QVæ dilationes sint seruandæ in processu nullitatis, obiter nota. Si enim nullitas potest deduci ex eisdem actis, & *coram ordinario agatur*: tunc seruatur vnus terminus, scilicet, *ad dicendum contra vltimo producta: hoc est, contra processum, vel alium actum, de cuius nullitate constat, & exinde ad sententiam procedetur.* Si verò ex actis eisdem, sed ex aliis exterioribus probationibus ostendenda erit nullitas, tunc plena erit necessaria obseruatio terminorum. o

o Rot. dec. 340. fuit dubitatũ. de litiscon. in nou.

De appellationibus. C. LIII.

QVoniam Appellatio dicitur esse Tyriaca contra iniustæ sententiæ venenũ,a & est inuenta ad præsidium innocentiæ, & oppressorum defensionem: b ideò de hac pauca perstringamus. Deffinitur autem secundùm Gofredum sic: c *Est sententiæ vel grauaminis relaxatio vel releuatio per proclamationem à minori iudice ad maiorem iudicem, prætextu iniqui iudicis, grauaminis, vel iniustæ sententiæ.* Hæc appellandi facultas, regulariter omnibus permissa est, nisi reperiatur expresse prohibita. d Collegit autem Speculator certos casus, in quibus prohibetur appellatio, e & sunt hi præcipui, vt potè, *Contumax, homicida, veneficus, adulter, insignis latro, dux factionis, raptor virginis, argumentis superatus, testibus conuictus, confessus, officialis curiæ ratione administrationis damnatus, conuictus publici debiti, appellare nequit*: Similiter, *ab executore non appellatur; à momentanea possessione; à nominatione publici muneris, quod est vtilitate priuatum, vt est in tutela & cura: et quando res dilationem non capit: quando appellationi, tacitè vel expressè est renunciatum: quando delictum est notorium: quando fit correctio: quando in rescripto appellatio inhi-*

a Curt. cons. 163. n. 8. Purpur. l. 1. C. de pac. n. 87.
b c. cum speciali. § porro ext. de Appellat.
c Gofre. in sua sumâ.
d gl. & dd. l. restituere. ff. de rei vendica. ver. restituitur.
e Spec. eo. tt. § in quibus.

Appellare nequeunt. Genera 12. Alia quæ sequuntur. 1 2 3 4. 5 6 7 8

inhibetur: quando ipse princeps iudicat; tunc enim supplicatur: *quando interlocutoria fertur*; tunc enim de Iure ciuili non appellatur; nisi talis esset, quæ præiudicium per appellationem à deffinitiua, irreparabile inferret: f sed de Iure Canonico admittitur appellatio. g *quando tertiò appellatur: quando ab arbitro: quando à sententia excommunicationis, vel interdicti appellatio fit: si nulla sit sententia: si sine causa interponatur citatione facta: si à maiori parte appelletur: si decernatur, vt quis in Ecclesia sua resideat: si in Episcopum compromittatur: si appelletur ne fiat id, quod de iure communi fieri debet: si appellatio sit generalis: si de minima re agatur.* Hinc hodie in curia nimia licentia in appellando de iure canonum permissa, est arctata per quandam *Extrauagantem*, quam *proprium motum vocant*, & quæ per tribunalia vrbis circumfertur, qua prohibetur appellatio, vbi infra summam decem ducatorum auri ageretur. h *Si is qui iuxta formam Ecclesiæ præstito iuramento, ab excommunicatione est absolutus, interponit priùs quàm sibi aliquid iniungatur: si iudex reuocauerit grauamen, à quo fuit appellatum: si is appellet cui est interdictum: si terminum receperit ad procedendum, ad soluendum, vel aliis si processui sententiæ acquieuit: si relapsus in hæresim curiæ seculari tradatur: si appelletur in casibus, in quibus audientia negatur: si ab eo quis appellet, quod ipse fecit, vel fieri curauit: si victor appellet pro non adiudicatis expensis*: nam appellandum est pro eo, quod adiudicauit insufficienter: *si post decendium appelletur: si grauamen non est illatum nec comminatum.* Et vt clarior huius materiæ doctrina appareat, sciendum est, appellationem quadrupliciter fieri. i *à correctione: super ordinatione ecclesiæ: in iudicio, & extra iudicium.*

f l. 2. ff. de app. recip.
g c. super eo. vbi Abb. de App.

9 10 11 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31

Res minima.

h ita Vest. in prax. lib. 7. c. 3. n. 2.

i Spec. d. loco. n. 27.

Primo casu appellãs, non auditur, nisi excessus in correctione fiat. k Secundo casu appellatio non valet nisi iusta causa appellatio

k c. super quæstionum. de off. deleg. & c. de priore. de App.

appellationis sit & probetur. Tertio casu, dic hodie iudicialem appellationem ante sententiam quidquid olim fuerit non valere, nisi rationabilis causa subsit. [l] *Sunt autem hæ rationabiles causæ. Si iudex grauat contra ius scriptum:* [m] *Si negat iuris beneficium*, v. g. si negat restitutionem spoliato. *Si citat ad locum suspectum. Si non admittit excusationem, propter consanguinitatem. Si non facit exprimi in libello res petitas. Si suspectus sit, & cogat partes coram se litigare. Si excedat fines mandati. Si executor excedit. Et generaliter vbi legittimæ exceptiones non admittuntur; & vbi denegat dilationem, vel vbi grauat contra ius.*

EXTRAIVDICIALIS appellatio est, quando causa adhuc non cœpta, causa tuendi ius suum aliquis appellat. [n] v. g. si quis à spoliatione, à prouisione, electione, ante causam inchoatam prouocaret, & *est magis prouocatio*, quàm appellatio. Differt autem à iudiciali *in multis*: nam litispendentiam non introducit. [o] Deinde attentata post extraiudicialem, non sunt nulla, sed annullanda. Non poterit etiam per quemcunque intimari, prout iudicialis. [p] *habet tamen mirabilem vnum effectum*: nam extraiudicialis appellatio, vim citationis continet, adeò quòd appellatus coram iudice ad quem, alia absque citatione comparere tenetur; aliàs in eius contumaciam procedi potest. & non pauci certè sunt, qui hac in re decipiuntur, putantes citari debuisse, ideoque sui copiam in iudicio minimè facere curantes, si lis sine contradictore agitetur, facile appellator, obtinere poterit; & sic fuisse Romæ crebrò decisum testatur Maranta. [q]

Circa præmissa, nota: in appellationibus regulariter appellandum esse gradatim à minori ad maiorem: v. g ab *Officiali foraneo ad Episcopum, ab Episcopo ad Archiepiscopum, vel Primatem, abisto ad Legatum Papæ, ab isto ad Papam.* [r] Hodie tamen

l c. vt debitus. ext. de App.
m Spec. d. loco. n. 28.
n Vestr. lib. 3. c. 7. Spec. de App. § in quibus. n. 30
o Rot. dec. 763. fœndum. de App. in ant.
p Dec. c. bonæ de App.
q Mar. 6. p. p. ad. ver. appellatio. n. 268.
r l. præcipimus. C. eo. & c. dilecti. il. 3. cum. not. eo. gl. d. c. vt debitus.

tamen omisso omni medio, & graduato processu, potest appellari ad Papam. Ipse enim est Ordinarius ordinariorum. [s] Similiter ad Legatum Papæ appellari potest omisso Archiepiscopo, t nisi contrarium consuetudo disponat, quæ prædictis in hac omissione derogare potest. *Hinc de Constitu. Synodali b. apud nos non licet à coercione Capitulari fraterna, in qua modus excediturad aliũ appellare nisi ad Archiepiscopum, vel Episcopum Suum. Quidquid verò Archiepiscopus vel Episcopus decreuerit, huiusmodi decreto stare tenebitur, in quem sic animaduersum fuerit, appellatione vlteriori cessante*, de qua re extat Constit. *Petri Gamrati* de Appell. lib. 2. const. Synod.

A vicario autem Episcopi nunquam appellatur ad Episcopum, quia idẽ est vtriusque tribunal, [u] & auditoriũ: & contraria consuetudo in hoc reprobatur. Si tamen specialem causam vnam vel duas, episcopus delegaret officiali seu vicario; tunc potest ad eum appellatio interponi: [x] vbi Spec. tradit Praxim, secundùm quam *Episcopus potest non deferre causam Metropolitano: nam delegabit causam Vicario; vt eam audiat ex delegatione: postea si appellabitur ad delegantem, iterum delegare poterit, & sic ad Papam appellabitur* ad constituendum numerum trium sententiarum, & excludendũ, *ne quis tertiò appellet.*

2. Nota, duplicem effectum esse appellationum: *Suspensiuum*, qui suspendit pronunciatum & iurisdictionem iudicis: quantùm ad illam causam, [y] omnemque præsumptionem, quę erat pro illa causa reddit suspensam, donec de pronunciato superior cognoscat. *Deuolutiuum*, qui causam ad superiorem deuoluit, vt iniquitas & imperitia iudicantium corrigatur: [z] sed sicut iniquitas iudicum, appellationibus reprimitur: ita licentia appellationum, restringitur. *Vt sit enim litium finis, lex prohibet, in eadem causa, tertiò prouocare*: [a] Restitutio tamen peti potest *contra bis res iudicatas.* [b]

s c. cuncta. 9. q. 3. c. cum nobis de Elec.
t c. gl. c. romana ver. curiam. eo. tit. in 6.
u c. 2. de const. in 6. Bar. l. præcipimus C. de Appell. Spec. in add. de App. § nunc. tractemus. ver. obuiari. Abb. c. dilecti n. 18. de App.
x Spec. in add. de App. § nunc. tractemus. ver. obuiari. Abb. c. dilecti n. 18. de App.
y c. super eo. eo. tit.
z l. 1. C. de App. l. per hanc. C. de temp. app. arg. c. cum Ioannes. de fi. instr.
a C. ne lice. in ea ca. terc. prouoc. c. cum causa. de re iud.
b

Qualiter sit appellandum, & infra quod tempus C. LIV.

IN omni grauamine vel iniquitate sententiæ attendendum est diligenter, per quem processum iudicialem fuerit quis grauatus. Aut enim per sententiam Deffinitiuam: [a] aut per Interlocutoriam: [b] aut extra iudicium [c] grauamen infertur. Si ab Interlocutoria appellandum sit, tunc illico & in scriptis cum expressione causæ iniustitiæ, vel grauaminis appellatur, [d] vt debitus honor iudici deferatur. Si à Deffinitiua, tunc sine expressione causæ appellandum est, [e] & poterit pars, quoties vult, verbo appellare, dicens: *Appello à tali sententia tanquam iniusta*, dum modò in continenti hoc fiat, priusquam iudex diuerterit se ad alios extraneos actus. [f] Si verò in continenti non appellatur, tunc *post appellandum* est in scriptis, modò id fiat infra decendium: [g] post lapsum enim decem dierum non auditur appellans, [h] & præsumitur sententiæ acquieuisse. [i] Idem faciendum est in extraiudiciali appellatione. Et non solùm id appellans facere debet, sed & ille, qui appellationi adhærere velit: debet enim infra 10. dies adhæsio fieri: [k] & currit hoc tempus appellanti de momento ad momentum, [l] nec poterit iudex breuiùs vel longiùs tempus mutare, imò nec partium consensu & voluntate, [m] quandoquidem non est in partium voluntate facere, vt lex, quæ post decem dies inducit rem iudicatam non operetur suum effectum, [n] quod tamen temporis spatium, per contrarium statutum, vel consuetudinem, arctari, vel prorogari potest. [o]

Appellamus autem semper coram iudice, à quo, si eius præsentiam habere possumus, vt debitus honor eidem tribuatur [p] & tàm in iudicio pro tribunali iudice sedente, quàm extra iudicium, appellatio emitti potest, sine alia partis vocatione, [q] nec curatur

[a] c. oblatæ ext. eo c. Rayuntius de testa.
[b] c. dilecto. c. cũ cessante. eo.
[c] c. bonæ. eo. c.
[d] biduum. 2. q. 6. c. Statuimus de Elec.
[e] d. c. vt debitus c. cordi eo tt. in 6. Alb. c. per uenit. eo.
[f] l. litigatorib. C. eo. c. fi. 2. q. 6. § litigatorib.
[g] d. c. cordi. in pr
[h] c. anteriorum 2. q. 6.
[i] c. quod ad consultationem. de re iud.
[k] Vestr. l. 7. e. 3 n. 20. Rot. dec. 539. in aut. à gra uamine de App.
[l] Spec. eo. tt. § in quib.
[m] gl. Aut. offeratur. C. de litiscont.
[n] vt not. l. fi. C. de transf.
[o] gl. l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub.
[p] omnem honorem ff. quando prouoca. noc est nec. c. vt debitus. eo.
[q] Vest d. loco. & Rot. dec. 356. in nou. de app.

curatur nimium illud momentum, quod appellãs tenetur probare se emisisse vocem appellationis infra momentum, [r] siquidem hoc non seruatur, nec vsu receptum est in palatio; ex indulto enim INNocentii VI. auditores possunt recipere appellationes post lapsum momenti, dummodo eadem die: [s] ob quã causam *Vestrius ridet solicitatores tenues vltimum momentũ custodientes, & protestationes eorum de lapsu termini.*

Sed si appellans copiam iudicis non habuit: tunc opinantur quidam [t] appellantem iterum redire teneri: quia fortè alia die copiam iudicis habebit. Si verò non habuit copiam iudicis, & ad vltimum momentum adiuit tribunal iudicis, vel habitationem eius; tunc sustinetur appellatio, & iudicatur pro non desertatione. [v] Vtile tamen est parti non expectare vltimum momentum, ne sibi imputetur cur expectauerit, & quoties apud nos viua voce in continenti appellatur, toties infra decem dies in scriptis appellatur, cum porrectione appellationis in manus iudicis, & petitione Apostolorum, qui petuntur instanter instantius instantissime, [x] idque vnico contextu vt infrà dicetur.

Si verò absit iudex toto spatio temporis appellationis imterponendæ: tunc vltimo momento, quando non habemus iudicem, notarium causæ actuarium conuenimus, vnà cum testibus, & coram eo appellamus, apostolosque petimus: quam [y] praxim approbat Vestrius: [y] talis tamen appellatio intimari iudici debet; sicut & illa, quæ fit coram testib: in casu, iusti metus sui iudicis: aliàs non protegeret appellatio. [z] Illud non prætereundum est inualuisse praxim, à plurib. annis in Curia approbatam, qua nostri iudices pronunciant sententiam, *prout in cedula*: & quia plerumque decimus dies instat antequã scribatur & aperiatur, nec certum est, sitné fauorabilis futura sententia vel contraria, ideo occurendum est huic rei appellando

non

[r] Pau. Cas. aut. hodie. C. de App
[s] Vest. d. loco. n. 26.
[t] Felin c. transmissa de præscr.
[v] Pau. Cas. l. 1. ff si quis cautio.
[x] clem. 2 de App.
[y] Vest. d. c. 3. n. 27.
[z] Spec. de App. § qualiter. n. 8 & 9.

non simpliciter, sed cum clausula *quatenus contrà partem nostram* quã Practicã approbat Vestr. Sed vt cautè appellatio cõcipiatur, ideo duæ sunt *cautelæ* [a] quas appellans debet seruare.

a Spec. eo. tit: § qualiter. n. 5.

De esse, & de bene esse. De esse 1. *vt ponat nomen aduersarii, iudicis. Causam grauaminis illati, vel comminati.* 2. *Vt appellet intra* 10. *dies.* 3. *Vt causa expressa sit vera.* 4. *Vt faciat iudicem super exceptione interloqui, an velit eam admittere vel non.* 5. *Vt appellet in scriptis tàm ab interlocutoria, quàm deffinitiua.* 6. *Vt petat apostolos intra* 30. *dies.* 7. *Vt sit instructus, quo ad totam causam.* 8. *Vt infra annum causa terminetur.*

De bene esse cautelæ sunt. 1. *Vt offerat se statim probaturum causam propter quam appellat.* 2. *Vt attendat an sibi expediat terminum assignare ad prosequendam appellationem vel non.* 3. *Vt non curet à iudice admitti appellationem, vel à parte approbari:* nam in hoc casu, non tenetur prosequi appel: sed tantũ mittet procur[m] ad contradicendum, & ad impetran. literas super appellatione. Vtrum autem valeat appellatio alternatiua videlicet sub hac forma: *Appello ad Archiepiscopum vel Papam.* Quando ab Episcopo appellatur, determinant iura concludendo appellationem valere, dum modò appellans eligat certum iudicem, infra tempus, quo debuiit appellare, [b] videlicet infra 10. dies. Similiter, *si vnus litigantium appellaret ad Archiepiscopum, alter ad Papam:* [c] vel si dicat, *appello ad maiorem.* his enim casib. valet appellatio.

b Glin c. Si is cui de offi. deleg. in 6. C. in alternatiuis de reg. in. in 6.

c c. Si duobus. ext. de app.

d c. vt debitus. de App. Spec. eo: tit. § nunc tractemꝰ

FORMA APPELLATIONIS.

CORAM vobis Illustr[mo]. & R[mo] Domino N. &c. Ego C. procurator R. D. A. Abbatis & eius monasterii &c. animo & intentione appellandi propono, allego, & dico. quod quamùis coram vobis verten. causa inter præfatum A. actorem ex vna, & N. Plebanum in O. reum parti-

partib. ex àltera de & super decimis tam prædialibus quã omnium, & singulorum incolarum Cmetonum, in villa G. communiter nuncupata, in districtu N. Diecœs. Crac. ad ipsum R. D. A. iure cuiusdam specialis priuilegii pertinen. & ex præscriptione vsuque pacifico spectante, & quamùis præfatus D. A. intentionem suam, & ius monasterii sui sufficienter probauit; vos tamen R. D. (vestra Ill. C. semper salua) non attentis probationib. præfati D. A. iuris ordine non seruato, vt præsumitur, in fauorem partis aduersæ, vestram sententiam deffinitiuam si dici meretur, pro præfato D. N. Plebano in O. & ecclesia sua, & contra præfatum D. A. & monasterium suum tulistis, & promulgastis, absoluentes præfatum N. ab impetitione, & præfatum A. in expensis, in lite, factis eidem N. condemnan. vnde ex præmissis, & quolibet præmissorum sentiens prædictum D. A. & monasterium suum fore grauatũ, timensque in posterum plus posse grauari à prædictis omnib videlicet à sententia vestra, tanquam iniqua & iniusta, ac condemnatione expensarum, & quoùis alio grauamine, quod exinde sequi, vel colligi possit, ad Illustr[mum]. & R[mum]. D. N. Archiepiscopum & Primatem sanctæ Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnen. in his scriptis prouoco & appello, & apostolos primò instanter, secundò instantiùs, tertiò instantissime à vobis R. D. vel si est qui mihi eos dare velit & possit, vel saltem à te notario publico litteras testimoniales in fidem & testimonium præmissorum omnium, mihi dari peto, subiiciens prędictum D. A. cum omnib. sibi adhæren. & adhærere volen. tuitioni & protectioni sedis antè dictæ. Saluo iure adden. minuen. corrigen. & aliis iuris beneficiis semper saluis.

Porrecta Scheda appellationis, petat appellans instrumentum appellationis conscribi.

FORMA INSTRVMENTI,

IN nomine Domini Amen. Sub anno Domi. Indict. Pontificatus SS. D. &c. in domo seu Palatio habitationis Ill^mi. & R^mi. D. E. C. &c. in platea Canonicorum sita, & stuba communis audientiæ &c. in mei notarii publici, testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum, & specialiter rogatorum præsentia, coram præfato Ill. D. ad iura reddenda, pro tribunali sedente, & in audientia publica constitutus personaliter, Venerabi. Magister N. Procurator, & nomine procuratorio D. A. & eius Monasterii in N. tenens & habens in suis manibus quandam appellationem in charta papyri conscriptã, à quadam sententia deffinitiua, vt dicitur lata à præfato Ill. D pro parte D. N Plebani in O. & contra ipsum R. D. A. & eius Monasterium vt dicitur, pronunciata, & quibusdam aliis grauaminibus, in dicta appellatione expressis ipsam animo, & intentione prouocan. & appellan, præsen. A. procuratore D. Plebani interposuit, & per me legi fecit, lectamque insinuauit. Cuius est tenor talis. Coram &c. Post cuius quidem lectionem & interpositionem ac insinuationem præfatus magister petiit sibi à præfato Ill. D. Apostolos dari, vel saltem super eisdem responderi: qui quidem Ill. & R. D. ob reuerentiam Sedis Metropolitanæ in continenti eius appellationi detulit dan. Apostolos Reuerentiales. Super quib. omnib. prædictus Magister petiit sibi à me Notario publico cõfici publicum instrumentũ. Acta sunt hæc, Anno, &c. Indictione, &c. Presentib, &c.

Et ego M. de G. clericus Diœc. Crac. Authoritate Apo-

Apostolica Notarius, interpositioni & insinuationi appellationis prædictæ, ac Apostolorum petitioni & super iis responsioni, aliisque dum sic vt præmittitur fierent, & agerentur, rogatus, vnà cum prænominatis testib. interfui, & premissa in hanc formam redegi.

De officio iudicis à quo appellatur, & de Apostolis. C. LV.

CVM iure naturali Appellatio inuenta sit, [a] & defensio, seu præsidium innocentiæ, alicui prohiberi, vel auferi nõ possit; [b] ideò partes iudicis à quo sunt; appellationem recipere, & reuerenter ei deferre, si ex legittima causa interponatur. Si verò hoc facere neglexerit, tunc punitur ipse iudex, & eius Officiales in 30. ponderibus auri, secundùm leges. [c] De iure verò Canonum, debet deponi, [d] vel mittitur ad Sedem Apostolicam pro meritis pœnam recepturus, [e] neque nocebit appellanti, si eius legittima appellatio non admittatur. [f] Si verò frustratoria appellatio fuerit, non recipiet eam iudex, & temerè appellans punietur in 50. libris argenti, iuxta leges, [g] vel erit infamis: secundùm verò Canones [h] remittendus est ad eum à quo appellauit condemnatus in expensis, quas in quadruplum restituet: [i] hodie verò in simplum, vel in triplum. [k] Vt autem certa Regula sit, quando appellationi sit deferendum, quando non, hæc distinctio teneatur. Aut enim est Rationabilis appellatio manifestè, veluti si sit in iure expressa, & huic iudex deferet, quia ei ius defert. [l] Aut est manifestè frustratoria, [m] & hæc tàm à iure, quàm iudice reprobatur. [n] Aut est Latenter frustratoria, & hæc licèt à iure refellatur, [o] à iudice tamen admittitur, donec cognoscatur de falsa causa latente, quæ iustificari potest appellationem. Aut est probabiliter manifestè frustratoria, & hæc admittitur, veluti si dico iudicem esse

a vt in Concl. de funct. veri q. C. Romæ disput. tenuimus.
b l. quoniam iudices. C. de App.
c c. decreto 2. q. 6
d c. de priore. eo. tt.
e c. sæpe. eo. tt.
f l. ab executione. § fi. C. quorũ app. non recip.
g d. c. vt debitus
h c. omni modo. 2. q. 6.
i Spec. eo. tt. § nũc dicamus. n. 1
k c. significantib. c. postremo. eo. tt
l c. proposuit. eo. tt.
m c. peruenit. & c. cum lit. Romana. eo.
n c. veritate. 8. dis.
o

Compa-

Compatrem aduersarii, vel Patruum,[p] nisi tamen sit iudex datus cum Clausula remota appellatione. Aut est Latenter probabiliter frustratoria, quæ etiam à iure, & à iudice admittitur.[q] ex quib. omnibus colligitur doctrina pro iudice A quo, in dubio potiùs deferendum esse appellationi, quàm sententiæ.[r] Recepta verò appellatione debet dare appellanti Apostolos requisitos. Si verò certum sit appellationem esse iniustam, nec recipiendam; tunc exequenda est sententia, & hæc certitudo ex euidentia facti colligitur, super quo iudicatum est, puta si sit insignis latro, vt suprà,[s] vbi collegimus casus prohibitæ appellationis. Sed ad Apostolos transeamus.

Nomine Apostolorum intelliguntur *literæ dimissoriæ*, seu breuis forma verborum instruës iudicem, ad quem appellatur, & mentem iudicis, à quo & circumstantias totius appellationis comprehendens.[t] Et dicuntur Apostoli ab απο quod est di, & στελλω, id est *mitto*: sunt eenim litteræ ad superiorem missæ,[u] seu *nunciatoriæ*, quibus iudex à quo *nunciat* iudici ad quem in tali causa N. appellasse. In effectu autem Apostoli debent continere, quis appellat, & à quo: contra quem, super quo: ex qua causa, & an ille à quo appellatur deferat appellationi vel non: & quare hoc faciat.[x] De rigore iuris appellans, primùm tenebatur instanter, sæpe & sæpius Apostolos petere; sed hodie hoc mitigatur, vt reiteratæ istæ petitiones & instantiæ, possint etiam vnico contextu fieri: & hoc modo huic rigori satisfit.[y] Et hinc inoleuit praxis; vt in cedula appellationis vtamur his verbis: *Apostolosque semel, bis, tertiò, instanter, instantiùs, instantissimè sibi dari & concedi petit. &c.*

Cæterùm, in arbitrio est iudicis, statim dare Apostolos, appellatione interposita; quodsi verò appellantibus præfigatur terminus iuris *ad redeundum pro Apostolis*,[z] solemus redire, & petimus nobis de apostolis responderi: si verò quis negligat venire

[p] Spec. d. § n. 5

[q] Io. Aburbach in proc. eo. tr.

[r] d. c. vt debitus § cum autem.

[s] de Appell. in pr

[t] ita dd. in Clem. quamuis. de Appell.

[u] Samor. in proc Io. And. eo. tr. gl. in c. 1.

[x] l. vni. ff. de lib. dimis. & c. cordi de app. in 6

[y] d. clem. quamuis.

[z] p. clem. § verum.

venire infra terminum iuris, qui est triginta dierum de iure;[aa] tũc *desertata* dicitur esse appellatio. Similiter si iudex breuiorem terminum præfigat, & eo lapso, apostoli non petantur, pro desertatione iudicatur. [b]

Verùm si iudex non respondeat, non est redeundum amplius, licèt non desint, qui sæpius ob insciti am reuertuntur verentes de desertione appellationis: sed meritò hos reprehendi debere, inde patet: quia iudex, àquo, qui in termino iuris dato de apostolis non respondet, iurisdictionem amittit: ita vt non maneat amplius iudex, & appellans censetur esse à iurisdictione sua dimissus:[c] ita quòd absque alio potest appellationem suam prosequi,[d] & petat à iudice ad quem, inhibitionem de non attentando quidquam pendente appellatione per iudicem à quo; & contra aduersam partem citationem ad videndum instrumentum appellationis interponi produci, &c,[e] simul impetrando literas compulsoriales contra præsidentes Cancellariæ vel notarios p. i. ad extradenda omnia acta. &c.

Sed cùm variæ sint species apostolorum, ideò volens appellationi deferre, aduertat quales apostolos concedat. Quidam enim sunt *Conuentionales*.[f] v. g. quando pars admittit appellationem iudice eam refutante, vel tacente, siue in iudicio siue extra. Quidam, *Testimoniales*,[g] qui testificantur de appellat. facta; Tales dantur à notario, aliaué egregia persona, in absentia iudicis: cùm enim non sit informata, de quibus apostolis sit respondendum, dat duntaxat literas, quibus de appellatione attestatur. Quidam *Dimissorii*,[h] per quos iudex defert appellationi. Quidam *Reuerentiales*,[i] quando ob reuerentiam sedis defertur. Quidam *Refutatorii*,[k] qui in frustratoriis appel. dantur. Et priusquam aliqui ex prædictis appellanti dentur, adeò suspensus detinetur appellans, vt nec appellationem prosequi possit, nec iudicem impetrare, nec commissionem obti-

[aa] d. clem: quamuis.

[b] ita card. d. clem: & Aegid. Conc. 152.

[c] Vestr. lib. 7. t. 3. n. 36.

[d] Ros dec. 406. in no. si auditor de app.

[e] c. oblati b. c. sapē de app. Vest. d. loco. n. 32.

[f] Castad. dec. 8. n. 7.

[g]

[h] l. dimissoriæ ff. de ver. sig.

[i] l. cos. § super his. C. de app.

[k] . . cum appellationib. de app. in 6.

l Rot. 357. fuit dubitatum in no. de app.

nere. l Ratio est, quia apostoli sunt pars appellationis, [m] & priusquam obtineantur vel pro obtentis habeantur, status appellationis pendet.

m c. cordi de app. in 6.

Obiter nota, aliquando iudices respondere, super apostolis petitis sic. *damus tibi apostolos, prout in forma*: quo casu, vel Reuerentiales censentur dari vel Refutatorii. [n] Si enim appelletur, quatenus à deffinitiua, & intra decendium: & quatenus à legittima persona petuntur, Reuerentiales sunt, aliâs Refutatorii dicuntur.

n Vestr. in sua pr lib. 7. c. vlt.

FORMA APOSTOLORVM REVERE*ntialium*.

ILLVS^mo. & R^mo. in Christo Patri Domino D. BERnardo Macieiowski &c. Archiepiscopo Sanctæ Ecclesiæ Gnesnen. vel eius officiali generali. N. Dei & Apostolicæ sedis gratia, Episcopus Crac Dux Seuerien. &c. vel N. Canonicus & Officialis Generalis Crac. deuotas orationes cum *debita reuerentia*. Ill^me. D. Mota corã me materia quæstionis, authoritate *ordinaria inter* R. D. A. Actorem ex vna, & venerabilem D. *Plebanum in* O. reum partibus ex altera, de & super decimis manipularibus, & campestribus, tàm prædialibus, quàm etiam omnium & singulorum incolarum Cmetonum in villa N. communiter nominata, in distrietu Crac. *in* eadem causa ritè & rationabiliter proceden. seruatis seruandis iudiciarium processum continentibus, præmissa citatione contra prædictum D. P. ad instantiam præfati D. A. & tandem successiuè oblatis libellis conuentionali pro parte A. præfati actoris, & reconuentionali pro parte P. rei & ecclesiarum suarum super eisdem, litem legittimè contestatam, & post litis contestationem, dato & assignato termino prædictis partibus ad ponendum & articulandum & ex post, prout terminus requirebat, oblatis nonnullis positionibus & articulis, tàm pro parte actoris quàm rei,

ex libellis eorum proceden & hinc inde facta responsione ad prædictas positiones & articulos, receptaque probatione sufficienti, pro vtraque parte, tàm testium, quàm literarum seu priuilegiorum, quibus dictæ partes vti volebant, & publicatis attestationibus testium, & ad petitionem dictarum partium copiis eorumdem decretis, ac per partes receptis hinc inde, & termino ipsis ad dicendũ cõtra præfatas attestationes, & dicta testiũ per nonnullas exceptiones, replicationes. duplicationes extitit disputatũ; tandẽ partibus vtrisque citatis, ad videndũ & audiendum cõcludi, in præsentia procuratorum prædictarum partium concluſi cum potestate reuocandi. Expost in alio certo termino citatis procuratoribus partium, & petentib. ferri deffinitiuam sententiam ipsam ad petitionem dictarum partium tuli & promulgaui adiutore Deo huiusmodi sub tenore. Christi nomine &c. vt suprà.

Hic inseratur tota sententia. Post cuius quidem sententiæ prolationem & pronunciationem pro parte R. D. Abbatis, mox & incontinenti extitit appellatum ad vestram sanctam sedem Metropolitanã, Gnesnen. & Apostoli cum debita instantia petiti. Et licèt crediderim me iustam & sanctam sententiam tuliſſe & promulgasse, ob reuerentiam tamen P. V. & sedis authoritatem eidem appellationi humiliter detuli, dando Apostolos reuerentiales, & literas eorundem Apostolorum remissoriales decreui dandas, cum subscriptione notarii causæ & sigilli Officialatus appen. Datum & Actum Crac. Anno &c. Die tali. Præsentibus. Hodie in Consistoriis nostris, rarò vtimur his formulis, solentque iudices, rem paucis absoluere, respondẽtes Deferimus &c. vel Acta tibi pro apostolis tradimus, & notarius super appel. & apostolis instrumentum conficit.

Apostoli

APOSTOLI REFVTATORII

ALiquando appellanti in termino Apostolorum recipiendorum causa statuto, loco reuerentialium dantur refutatorii: & quoties iudex putat appellationi non esse deferendum; tunc vti solet tali verborum tenore.

Quia per sententiam nostram interloquutoriam in hac causa per nos latam non credimus appellantem in aliquo grauasse, idcirco appellationi interpositę non deferimus: hanc responsionem eidem pro Apostolis refutatoriis concedentes. Vel simpliciter dicit. Non credimus te esse grauatum. Et in hoc casu mox appellans denuo protestabitur de grauamine appellando: & iterum à non delatione tali appellare debet in scriptis intra decem dies; quia nisi appellet, non audietur postea appellans à deffinitiua tanquam manifestus contumax, [o] & talis appellatio censeretur deserta, [p] Concipiet autem appellationem hoc, vel simili modo.

[o] gl. & Card. in clem. 1. de do. & cont.

[p] Mising. cent. 2 obsc. 49. & Graat. ad Vestr. lib. 7. c. vlt. n. 23

FORMA APPELLATIONIS A NON DE-latione.

CORā vobis &c. dico & in his scriptis propono, quod licèt ego nomine quo suprà à quadam sententia vestra, quam appellastis deffinitiuā vel interlocutoriam, cōtra principalem meum lata, eius nullitate salua, ritè ac legittimè appellauerim, & de Apostolis mihi respōderi petierim, adeò quod meritò iuris dispositione, actisque & acticatis in dicta causa exhibitis attentis, debuissetis dictæ meæ appellationi detulisse: nihilominùs tamen hoc minimè feci stis: sed decem diebus nondum effluxis respondendis. de Apostolis dixistis. Quod quia per sententiam vestram in hac causa per vos latam non credebatis appellātem in aliquo grauasse: idcirco appellationi non detulistis, licèt nulliter, & cessante nullitate perperam (& honore semper saluo) iniquè, præmissis attentis. Quare sententiam me nomine quo suprà, & principalem meum de nouo per dictum decretum, & reiectionem seu non delationē supra modum grauatum; idcircò à dicto vestro decreto, & non delatione seu reiectione, totoque vestro processu, & grauaminibus mihi ex illo illatis, & inferendis, priori meæ appellationi inhærendo, & illam per istā, & istam per illam confirmando, ad Ill^mum. D. Primatem &c. (vt supra in p. forma) Tali appellatione interposita dātur Apostoli wt suprà. Vel potest iudex reuocare id, in quo viderit se malè pprocessisse, de qua reuocatione dicetur infrà.

De Secunda instantia, seu DE PROCESSVIVDICIARIO, CAVSÆ *appellationis ab interlocutoria sententia ad praxim Consistorii Gnesnen.*

Caput Primum.

SÆpè iudex à quo, appellationi ab interlocutoria interpositæ non defert: sed siue detulerit siue non, poterit tamen appellans suaam appellationē prosequi Cuius rei talis est praxis. Aut enimm appellatur *ad summū Pontificem*, aut *ad inferiorem*. Si ad ssummum Pontificē; tunc appellans impetrat causam appellatiionis alicui examinandā cōmitti; qua commissione iudici dato præsentata & per eum recepta, obtinebit appellans, *aduersariū ad procedendum procedique videndum in causa appellationis citari; nec non inhiberi iudici, à quo vel etiam parti appellatæ, ne quid appellatione pendēte innouent aut attētent in præiudiciū appellātis:* de quo processu dicetur suo loco f. 196 vbi

Vbi notandum est, iudicem, qui non detulit appellationi interpositæ, à grauamine, posse ad vlteriora procedere, appellatione non obstante. [a] Si verò ad inferiorem appellatur; tunc appellans introducet appellationem iuxta c. Romana de app. in 6. vbi animaduertendum est, quòd in processu appellatorio, duplex terminus appellanti indulgetur, vel *Terminus hominis*, vel *Terminus iuris*. Primum iudex præstat, lege permittente: [b] *id est* vel [1] *ad prosequendū tantùm, nō ad finiendum* vel [2] *ad iter arripiendum*: vel ad [3] *repræsentandum se D. Papæ*. Alterum ius ipsū subministrat, & hic dupl. est: 1. *Ad inchoandam*. 2. *Ad exercendam appellationem*. [c] In vtroque ergò termino, cautus sit appellans oportet: potissimùm verò terminus hominis, ea die obseruandus est, qua præfigitur; vt desertatio euitetur, cui obuiatur duplici via. *Prorogatione termini per eundem iudicem*: [d] & *diligentia aliqua in eodem termino*: quæ si omissa fuerit, deserta erit appellatio: quod verum est: si terminus fuit congruo spatio præfixus. [e] Terminus autem iuris, aliter arctat appellantem, & quo *ad inchoandam appellationem*, varius olim erat pro qualitate locorum, ex quibus appellabatur: [f] *ad finiendam hodie est annus*, [g] qui fatum seu finem imponit causæ: ex causa tamen prorogatur cursus fatalium ad biennium: [h] quod tamen sic intelligendum est, si appellans in primo anno iudicem & causæ commissionem impetrasset, & iudici, ad quem, præsentari fecisset, citationemque cum inhibitione contra partem obtinuisset, quod ad satisfaciendum termino introducendæ & inchoandæ appellationis requiritur, [i] cùm iudicium incipiat à citatione. [k]

Sed antequam talis Inhibitio decernatur, iudex ad quem, diligenter perpendit, *an deferre debeat petitioni appellantis*. Si enim sententia talis fuerit, à qua appellatio est prohibita, qualis est *interlocutoria, quæ reprobatoriam appellationem* habet; tunc

[a] c. super eo. & c. cum causam. de Appel.

Terminus hominis.

[b] c. ex insinuatione c. ad hæc. ii. 4. tt. eo.

Terminus Iuris.

[c] l. nemo C. de temp. ap. & aut. ei qui C. eo.

[d] Franc. c. personas de App. & Abb. ib.

[e] Bald. n l. præses. C. de App. & l. vlt. C. de tempo. appe.

[f] l. cum anteriorib. C. eo. vt sup.

[g] d. Aut. ei qui & c. cum sit Romana. de App. & c. ei qui 2. q. 6

[h] Aut ei C. eo.

[i] Vestr lib. 7. c. vlt. n. 9.

[k] vt sup. de Cit.

tunc iudex ad quem, inhibitionem & citationem negabit: aliàs si eam decreuerit, inualida erit: cùm *Concilium Tridentinum* [l] *hodie, non nisi ab interlocutoria vim deffinitiuæ habente, admittat appellationes, vel ab ipsa sententia deffinitiua, principale negotium deffiniente; & aliter obtentas inhibitiones à nunciis apostolicis, Patriarchis, primatibus* annulat. Præterea iudex ad quem, iuxta officium suum, appellationem oblatam recipiens, debet inspicere formam eius, & iuxta, d. c. Romana, inhibitionem concedere, aduertendo: *An sit intra decem dies appellatum*: & *an sit appellationi renunciatum*: & *ex qua causa sit appellatum*: & *an sibi iurisdictio in tali causa competat*. Quibus discussis aduertat etiam: *nùm sibi expediat, per seipsum cognoscere, de causa appellationis, & de appellatione: an verò per Commissarium*. Specialiter verò in hoc casu prouisum est apud nos, per constit. Synodales, [m] prouinciæ Gnesnen. *Sedes enim Gnesnen: causas per appellationem ad se deuolutas, subditis Suffraganeorum suorum delegare potest, & animaduertere in rebelles*.

[l] a. 20. Sess. 24. de Reform.

1 2. 3 4

[m] lib. 1. Cons. de consuet. & de off. ordin. & Metrop.

Si autem ipse iudex appellationis audire velit; tunc videat. *an partes resilire velint, ab articulo grauaminis: an procedere: in principali elegerint*.

Si nolint grauamini renūciare, tunc seruātur hi termini tres.

Obseruationes terminorum in causa grauaminis.

Ad dicendum contra appellationem & iura pro deuolutione facientia.

Ad impugnandum & iustificandum.

Ad sententiandum, coram commissario, additur *ad dicendum contra commissionem*.

Sic præsentata appellatione, vt suprà, iudex appellationis, Actum petitionis appellantis notario inscribere præcipiat in hac forma.

Anno, die. &c. in domo R. D. N. Procurator D. A. asserens se habere mandatum procuratorium à principali suo personaliter constitutus, in præsentia R. D. oblatis apostolis venerabilibus, appellationis interpositæ, vel oblato appellationis instrumento, de manu notarii N. ab interlocutoria R. D. Lociordinarii lata pro parte N. Plebani contra D. Abbatem, & eius Monasterium, petiit sibi decerni citationem, contra partem appellatam. Et R. D. decreuit iuxta petita. *Si verò per Commissarium audire velit; tunc scribat*: Et D. causam appellationis interpositam per talem, à processu talis commisit viua voce N. debito fine determinandam.

De Citatione ad procedendum in appellatione C. II.

INterposita & præsentata appellatione modo supradicto, curet pars aduersarium in ius vocari, ad procedendum in huiusmodi causa appellationis, iuxta formam citationis suprà traditam: obtenta verò citatione & legittimè exequuta, appellator die citationis superueniēte, literas citatorias vna cum relatione exequutoris exhibere solet, sub tali protestatione.

Protestor, quòd per me non stat, quo minus celerius in hac causa processum sit, quam protestationem cupio omnib. futuris actib. huius causæ inseri. Et fundando iurisdictionem Domini N. reproduco citationem ad videndum procedi in causa appellationis debitè executam in contumaciam partis, petens vlteriora: & doceo de meo mandato. &cætera.

Sic hac die cōparet appellatus: tunc *protestetur de non consentien. & de desertione appellationis: & deinde obtineat copiam iurium ad contradicendum.* Si non comparet; tunc citatio decernitur, *ad dicendum contra iura & iurisdictionē Dñi.*

De tera

De Termino ad dicendum contra appellationem & iura deuoluentia. C. III.

IN hoc termino appellans producere debet appellationem suam: vel si eam produxit, tunc verbo eandem repetat, probetq; tria ad fundandam iurisdictionem iudicis. 1. Se appellasse. 2. legitima ex causa. 3. infra 10. dierum curricula: & accuset contumaciam, appellati nihil in termino dicentis: & in eius contumaciam petat iurisdictionem fundari, & terminum ad iustificandum concedi. Ex aduerso pars appellata, si viderit aliquod vitium in articulo appellationis; poterit excipere contra a iurisdictionem & appellationem.

1. Quod nonn sit appellatum infra 100. dies.
2. Quia Apostoli non sunt petiti infra 30. dies. [b]
3. Quia non est appellatum in scriptis. [c]
4. Quia non in præsentia iudicis. [d]
5. Quia appellatio est deserta. [e]
6. Quia neq; iudici nec parti est insinuata. *f. 181.*
7. Quia qui appellauit, non fuit procurator legitimus, fuit enim reuocatus. [f]

[a] *vt sup. qualiter sis ap.*
[b] *sup de Apost.*
[c] *sup. qualiter. clem. 1. vbi gl. eo.*
[d]
[e] *sup. C. 1.*
[f] *c. si quam de pro. in 6.*

FORMA EXCEPTIONVM

COram vobis proc. &c. & nomine procuratorio N. Pl. citra a approbationē iurisdictionis vestræ personaliter comparens protestatur, quòd per hunc actum, & per alios sequens. si quos ipsum attentare contigerit, iurisdictionem vestram non approbat nec approbare intendit, nec comparet coram vobis tanquam iudice competen. sed tanquam persona veneran. Protestatur etiam, quòd si aliqua dixerit, proposuerit, allegauerit, quæ iurisdictionem vestram aliquatenus approbare videatur; illa vult

habere pro non dictis, & non allegatis, cùm iudex in causa præsenti, vigore appellationis interpositæ pro parte D. A. à sententia interlocutoria, Ill. D. Lociord. lata pro N. Pl. & ecclesia sua, contra dictum A. & suum monasterium, esse non potestis ex causis rationabilib. in modum exceptionum infra deductis. *Ponantur causæ vt suprà.*

Ex præmissis igitur petit dictus P. nomine quo suprà procuratorio salua protestatione de non approban. iurisdict. vestra, per vos & per vestram sententiam interlocutoriam obstantib. prædictis exceptionib. dici, pronunciari, decerni, vos non potuisse, nec posse esse competentem iudicem in causa præsentis appellat. partem aduersam in expensis ob hoc factis condemnan. Has except. Saluo &c. Et protestatur &c.

OBLATA. Anno, &c. Proc. N. obtulit exceptiones contra Appellationem N. citra approbationem iurisdictionis D. ex aduerso verò Proc. N. petente copiam, & terminum ad dicend. contra, Dominus decreta copia præfixit terminum ad 1. Præsent. &c.

TENOR REPLICATIONVM

Termino adueniente pars appellans sic replicabit.

CORam vobis, &c. contra quandam prætensam chartam, vanam, inefficacem, & friuolam, nuper pro parte A. & contra iurisdictionē vestram in iudicio oblatam, & productam, Procur. & nomine Procuratorio N. arguit, opponit, & replicat, replicando dicit, quòd prædicta prætensa charta, cum contentis in ea est friuola, impertinens, vaga, causa diffugii, & iustitiæ supprimendæ data, & producta, non releuans producentē, nec nocens parti; contra quam producitur: & alias est talis, quòd ipsa non

non obstan. vos R. D. &c. potestis, & de iure debetis pronunciarre causam prædictam, ad vos per appellat. legitimè deuolutam, & vos iudicem competen. ex causis & rationib. infra deductis pronunciari.

Et 1. ad 1. except. in qua dicitur, &c. Ad hoc replic. dicitur, quòd dictus excipiens in excipien. deficit, cùm non solùm infra 10. dies, sed etiam eodem die, quo lata est sententia prædicta, si dici meretur, statim & in continenti fuit & est appellatum, prout idem procur. se refert ad instrumēta desuper confecta, & literas remissoriales, quæ ad proband. suam replicationem coram vobis reproducit, ad 2. & 3. in quibus friuolè excipit &c. Ad hoc replican. dicitur, quòd dictus excipiens causa diffugii & indebitæ protractionis à veritate discessit, cùm à die latæ sententiæ appellatio est insinuata & notificata iudici, à quo, & partiappellatæ, apostoliqúe petiti infra terminum iuris, & omnia singula quæ incumbunt appellationi & appellanti, fuerunt, & sunt facta, prout se procura. refert ad instrumenta. &c.

Ex præmissis igitur, & quolibet præmissorum dictus procu. petit nomine quo suprà, per vos R. D. &c. non obstantibus friuolis, prætensis except. dici, pronunciari, decerni, ad vvos causam prædictam, & ad Eccl. Metropol. legitimè deuuolutam, voslque iudicem competent vestra interlocutoria sententia mediante, partemque eidem N. in expem. condemnand. fore & condemnari. Has replicat. &c.

Oblatis replicationib. pars poterit duplicare vt sup. in p. i. dictum est.

OBLATA, Anno, die. &c. Procur. D. Pleb. obtulit replicat. in causa appellationis decimarum, ex aduerso

Procu-

Procuratore D. A. petente copiam & terminum ad duplicã. & D. decreta copia terminum præfixit ad 8. Præsen.

Termino adueniente potest in scriptis duplicare, vel generaliter verbo.

ACTVS, Die. &c. Procur. duplicauit generaliter verbo, & hinc inde partibus petent. interloqur D. ad p. i. præfixit terminum ad sententiandum.

INTERLOCVTORIA.

SEdentes pro tribunali interloquen. pronunciamus, non obstant. friuolis exceptionibus pro parte D. Ple. causam appellationis pro parte A. interpositæ à sententia interlocutoria R. D. lata pro parte D. Ple. ad sedem Metropolitan. Gnesnen. esse legittimè deuolutam, & nos iudicem competentem, præfatum D Pl. ipsi A. in expensis litis condemnand. quarum taxationem in posterum reseruamus. Præsent. &c.

Obseruatio.

INterlocutoria lata, pars cautè faciet, si aduersarium non citabit ad terminum sequentem, nihilque attentabit vsque ad 10. dies, ne excitata pars noua citatione à grauamine appellet: & ideò cauti procuratores non procedunt in ea causa, vsque ad 10. dies. His lapsis, citatio obtineatur ad impugnandum & iustificandum.

De Termino ad iustificandum & impugnandum. C. IIII.

COgnito eo, quòd legittimè causa deuoluta sit ad iudicem, ad quem: supereſt impugnare appellanti processum, iustificare verò appellato sententiam.

Habeat ergò appellans in hoc termino articulos, super eo, in quo

in quo eum iudex grauauit, & petat pronunciari, *benè fuisse appellatum, malè verò pronunciatum.* Appellatus verò, prioris iudicis à quo sententiã iustificet, & petat pronunciari, *malè fuisse appellatum, benè verò pronũciatum.* Hanc impugnationem appellanti competere, iustificationem appellato conuenire, iura docent.[a] Regulariter autem impugnatio fiet, & iustificatio in duobus. 1. *In formalibus.* 2. *In materialibus.*

[a] *gl. in Clem. appellanti de App.*

Formalia respiciunt appellationem; an debito tempore sit appellatum: an in tempore apostoli petiti: vt suprà dixi.

Materialia, respiciunt sententiam, & grauamina, ex quibus est appellatum; & quia grauaminibus cognitis, iudicis partes sunt, super hoc articulo appellationis pronunciare: ideò post prædicta omnia, seruetur terminus ad sententiandum. Post sententiam verò, *si manebit causa penes iudicem ad quem;* tunc in principali *procedetur*, & causa recipietur in statu, in quo remansit: coram *iudice*, [b] à quo: quia culpa iudicis à quo, qui partem gnauauit; succedit iudex ad quem. [c] Pro pleniori praxi, talis forma datur impugnationis.

[b] *c. significauit. de testib. dilectæ de Except.*

COram vobis &c. Procur. & eo nomine venerabilis, D. A. appellantis huius causæ, contra seu aduersus venerab. P. appellatum, aut aliam quamcunq; personam, pro seu cum ipso, ad hanc causam legitime interuenire volentem seu debentem, loco appellatorii, ac iustificationis & imppugnationis respectiue, aliâsque ad omnes fines & effectus, sibi, & parti suæ appellanti magis vtiles, & prodesse valentes, repetit his, ac inserit, ac pro repetitis ac insertis haberi petit, vult & intendit omnia & singula acta, & acticata prioris instantiæ coram R. D. N. quam coram vobis iudice causæ præsentis inter easdem partes habita, quatenus tamen pro parte appellante facere possint, & non aliâs, de quo protestatur. Quibus sic repetitis

dictus quò suprà nomine Procurator, concludendo petit per vos ac vestram sententiam siue decretum dici, decerni, pronunciari & declarari, nulliter & cessante nullitate malè, & perperam, & iniquè, per R. D. N. decretum, processum & pronunciatum, ac iustè & sanctè pro parte dicti P. A. appellantis ab eiusdem R. D. N. decreto siue sententia fore, fuisse & esse appellatum & prouocatum: & propterea eiusdem R. P. decretum siue sententiam reuocandam, cassandam & annullandam, ac per vos reuocari, cassari, & annullari debere, ac huiusmodi articulo grauaminis discusso, per vos & coram vobis, in negotio principali procedendum, & dictum appellatum dicto appellanti, in omnibus expensis litis huiusmodi factis, condemnandum fore, fuisse, & esse, ac procedi, & respectiue condemnari debere, aliâsq; statui, ac ordinari prout iuris fuerit, & ordo dictauerit rationis, vestrum benignum officium humiliter implorando. Saluo iure. &c.

Obiter nota, iustificationem & impugnationem interlocutoriæ seu grauaminis ex actis acticatis, fieri debere, non autem ex nouis: [d] & ratio est. quia ab interlocutoria non licet appellare nisi iniuriam iudex fecerit, quæ non potest apparere nisi ex actis acticatis. A definitiua verò licet appellare, etiamsi nulla iniuria facta sit: quia potest ex nouis actis, & probatis causam suam iustificare. [e]

[d] *clem. appellansi. ee. tt.*

[e] *Marant. p. vlt aff. 2. n. 148. & 160.*

Exhibita verò tali scheda appellans, in contumaciam appellati obtinet terminum vtri parti, ad dicendum contra iustificata & impugnata: in quo termino appellatus solet dicere *Generalia contra*, & in contumaciam partis repetit acta acticata, tàm prioris instantiæ quàm præsentis, petitque concludi, & potest in forma talem schedam porrigere.

CORAM vobis &c. Procura. & co nomine Vener. D. R.

D. R. appellati huius causæ, cum protestatione de non consentiendo in vos, aut vestram iurisdictionẽ, nisi quatenus de iure teneatur, deque notoria desertione appellationis, & nullitate processus: iisque protestationibus mediantibus satisfaciendo termino, ad Dic. contra iustific. & impugnan. respectiuè partis appellantis, tàm coniunctim quàm diuisim, ac aliâs ad omnes fines & effectus sibi & parti suæ appellatæ magis vtiles, & prodesse valentes, hic repetit & inserit, & pro repetitis & insertis haberi vult, & intendit omnia & singula acta &c. vt suprà. Quare præmissis sic repetitis dictus quo suprà nomine, P. partis appellatę,, petit per vos ac vestram sententiam, siue decretum dici,, decerni, pronunciari, & declarari nulliter, & minus legitimè à decreto seu interlocutoria sententia, R. D. N. fuisse & esse, pro parte D. A. prouocatum & appellatum, illiusque prætensæ appellationis vigore, vobis nullam competiisse nec competere iurisdictionem, & in euentum quòd legitimè pro parte D. A. à dicto decreto appellatum foret (quod non creditur:) petit dictus, quo suprà nomine Pr. per vos dici, decerni, & declarari malè, perperam, & iniuste, sine causa, ab eodem decreto fuisse prætense appellatum & prouocatum, dictumque decretum R. D. NN. fuisse & esse confirmandum & approbandum, literasq; vestras citatorias nulliter, & cessante nullitate, perperram, surrepticie, & obrepticie fuisse & esse emanatas, & impetratas, illasque per vos fore, fuisse, & esse reuocandas, prout easdem reuocari petit, dictum D. P. appellatum ac instantia iudicii vestri absoluendum, causamque & partes ad R. D. N. prioris instantiæ fuisse & esse reuocandas, nec non partem appellantem, ipsi appellato in expensis condemnandam, prout respectiue

confirmari, absolui, remitti, & condemnari petit; vestrum officium benignum humiliter implorando.

De termino ad Sententiandum C. V.

IN hoc termino iudex interloqui debet, vel pro impugnatione vel pro iustificatione. Si sententiam ferat, bene fuisse appellatum; tunc causam retinebit penes se, & in expensis appellatū condemnabit, citabitq; partes ad producen. in negocio principali. Si interloquetur, malè fuisse appellatū, & benè sententiatum; tunc remittet partes ad priorem iudicem à quo [a] pro vlteriori executione sub hac forma.

[a] gl. c debitum. per. aliquin. eo.

IN causa coram nobis verten. &c. Dicimus pronunciamus, decernimus, & declaramus minùs legitime pro parte dicti D.A. à dicto decreto siue sententia interlocutoria R.D.N. primæ instantiæ iudicis prouocatum & appellatum, & ideò dictum, D. P. appellatum ab instantia iudicii nostri fuisse vel esse absoluendum, ac partes & causam ad dictum R. D. N. remittendas, dictumq; D.A. in expensis legitimis coram nobis factis condemnantes, prout respectiue absoluimus & condemnamus per præsentes, dictarum expensarum taxatione reseruata.

Hæc de processu in causa grauaminis, quæ vel renunciatione partium tollitur, quoties à principali incipere volunt, vel tribus conformibus sententiis perimitur. Verùm cùm non semper appellans curet appellationem prosequi; ideo in hoc casu documenta videamus.

Quid pars appellata agere debet, appellante causam non prosequente. C. VI.

SÆpè pars appellans non animo prosequendi appellationem, sed intentione prolongandi causam appellationes interponit: indeque creberrimè fit, vt emissa voce appellationis quiescat in causa. Quæ res, cùm & dispendium iustitiæ, ac parti appellatæ damnum pariat: ideo remediis iustis iura subueniunt appellato. [a] Potest autem duplex remedium in hoc casu dari. Aut enim post fundatam iurisdictionem, & legittimā deuolutionem, negligit causam prosequi: & tunc appellatus curet citari appellantem *Ad videndum & audiendum causam ipsam ad iudicem pri. remitti, ob negligentiam prosequendi, aliàs ob negligentiam procedendi, in causa post iurisdictionem fundatam.* [b] Quo termino aduenient appellatus, si aliquos actus fecit, quib. probare possit, quod non neglexerit suam appellationem, vt potè, si obtinuit Compulsoriales literas pro actis p. i. vel quid simile, tunc in termino ostendet, dicens: *Ecce doceo de diligentiis meis. cætera.*

[a] c. ad hæc. ext. de App.

[b] d. c. ad hæc.

Aut appellans fecit citari appellatum, ad dicendum contra appel[m]. & iura deuoluta & postea deserit; & tūc appellatus poterit in termino dicere: Consentio in vos D. iudicem, & repeto appelationem partis aduersæ, & peto hinc inde statui terminum ad iustificandum & impugnan. [c] Quo casu, si appellans nolit prosequi, poterit appellatus iustificare sententiam iudicis à quo: *Quomodo fuit iusta quomodo benè processit iudex à quo & pronunciauit, pars verò male appellauit: & petet inn contumaciam appellantis causam remitti*: Aut appellans negligens fuit in appellatione; nec eam infra fatalia prosecutus est; & tunc appellatus expectet annum: quo effluxo faciat citari partem, *ad videndum & audiendum, pronunciari appellationem desertam*, de quo tamen plenius suprà. f. 185

[c] Hen. in proc. Rub. 38.

Processus in causa desertionum. C. VII.

DVplicem Practicam seruari in causis desertionum obseruaui. Prima est; vt post fatale lapsum appellatus faciat

citari appellantem: primò, secundò, tertiò, ad p. ad docendum de prosecutione appellationis, vel ad docendum causas iusti impedimenti: *alioquin* ad videndum sententiam executioni demandari. Sed hic Processus quærit circuitum, & non est cautus. [a] Nam à sententia super Desertione lata, ex ratione potest appellari, [b] & ita causam ad campos Elysios deduceret appellans. Secunda igitur praxis est hæc: *Quod si appellans infra annum non est prosecutus appellationem,* [c] *nec est protestatus de impedimento coram iudice à quo, ne ad vlteriora procederet, & si contra faceret, non protestetur de grauamine; tunc Iudex potest exequi suam sententiam post lapsum anni, absque alia Citatione,* [d] *neque opus est sententia declaratoria super Desertione* [e] *appellationis*, & melior est hæc practica & communior secundùm Doctores. [f]

Plurimos etiam huius sententiæ esse animaduerti, [g] quòd appellatus possit præuenire annum, quoties videt negligentem appellantem, quæ præuentio datur post decimum vel vndecimum Mensem: & hoc tunc fit, quando pars cupit citò finire litem; tutiùs tamen est expectare finem anni, cùm hunc terminum iuris appellans habeat, vel aliquando ex causa biennium. [h] Sed iam expedito negotio grauaminis, supereſt de Appellatione in negotio principali cognoscere.

[a] *Hen. n. 5. Rub. 38.*
[b] *dd. in c. ex ratione. de App.*
[c] *vt sup. ac fatal*
[d] *Aut. Ei qui. C. de temp. app. & idem. sicut. de App.*
[e] *Bal. & Innoc. d. c. ex ratione.*
[f] *l. quoniam nonnulli. §fi. C. de App. & d. c. ex ratione.*
[g] *dd. in c. oblate. de App. in 6.*
[h] *sup. de fatal.*

De Processu appellatorio Secundæ instantiæ, à sententia deffinitiua. C. VIII.

Acceptis apostolis, appellator diligenter curet, in Consistorium iudicis ad quem, appellationem introducere, illamque recipi & admitti sollicitet: cuius receptionem notarius signet iuxta ea, quæ diximus suprà: & si iudex, ad quem, velit per seipsum causam appel. cognoscere; tunc appellans petat aduersarium in ius vocari, ad *procedendum in huiusmodi causa*

causa appellationis, vnà cum insertione, quòd siue compareat, siue non, nihilominus iudex, non obstante eius absentia, ad ea quæ iuris fuerint procedet &c. Si verò causam appellationis iudex alicui delegare voluerit; tunc Commissionem pars obtineat: quam tamen Archiepiscopus apud nos, extra Diœceses partium rearum non concedit, nisi in certis casibus, [a] in cuius præsentatione ita procedatur, prout infrà tradetur in processu coram Delegato. Mos curiæ Gnesnensis, & eius praxis obtinuit, vt quoties *Archiepiscopus vigore iuris Primatialis, & Legationis Natæ*, trahere velit partes reas ad se; toties in edendis citationibus, ad procedendum in causa appellationis, inhibitionem, ne *quid lite pendente*, &c. vna opera inserat, cuius talis est forma.

[a] *lib. 1. Con. Synod. de off. ord. & Metrop.*

BERNARDVS Miseratione Diuina S. R. E. tit. S. Ioannis ante portam Latinam Presbyter Cardinalis Maciciowski nuncupatus, Archiepiscopus Gnesnen. Legatus natus & primas: vel N. Ill^mi. & R^mi. D. D. B. Dei gratia & c. Ecclesiæ Gnesnen. Archiepiscopi Vicar. in spiritualib. & Officialis generalis Gnesnen. Honorabilib. & discretis viris hebdomadariis chororū, metrop. Gn. præfatæ, & Catedr. Crac. parochialium q; Ecclesiarum intra & extra muros, G. & C. ac in N. rectoribus & eorum vicariis, cæteriſque presbyteris curatis, & non curatis, beneficiatis, & non beneficiatis, titulatis & non titulatis, vicariis perpetuis, altaristis, gratialistis, notariis, tabellionib. & publicis scribis, quibuscumque per & infra ciuitates, & diœceses prædictas, ac aliâs vbilibet constitutis præsentium tenore requirē. salutem in Domino, & præsentib. indubitatam fidem adhibere. Hodie præsentato nobis & per nos recepto publico appellationis instrumento, signo & subscriptione discreti M. Ioannis de N.

sacra

sacra apostolica autoritate notarii publici subscriptò & consignato, huc ad nos, ad sedem metropolitanam ecclesiamque G. pro parte R. D. Abbatis N. & contra N. Parochialem presbyterum, à quadam sententia deffinitiua per R. D. N. in fauorem dicti Plebani, & contra præfatum D. Abbat. lata & promulgata, & ab aliis grauaminibus in eadem appellatione latiùs expressis & designatis. Fuit itaque nobis pro parte dicti D. A. debita cum instantia supplicatum, quatenus sibi nostras citationis literas contra & aduersus præfatum N. Plebanum de N. ex aduerso principalem dare & decernere dignaremur. Nos verò attenden. huiusmodi petitionem fore iustam, & rationi consonam, præpetitas nostras citationis literas decreuimus sibi dandas, damusque, decernimus, & concedimus, præsentium per tenorem. Quocirca vobis Dominis executorib. suprascriptis in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub excommunicationis pœna (quam in vos, & quemlibet vestrum trina trium duntaxat dierum monitione præmissa, si neglexeritis, seu distuleritis contumaciter adimplere, ferimus in his scriptis) districtè præcipientes mandamus, quatenus personaliter acceden. in domibus habitationum suarum, si tutus ad eas vobis pateat accessus, si non, extunc in Ecclesiis vestris publicè proponen. vno edicto pro tribus & peremptoriè citetis præfatum N. Plebanum, ac omnes & singulos sua communiter, vel diuisim, interesse putan. in executione præsentium nominan. quos & nos tenore præsentium citamus, vt coram nobis Gnes: in domo nostræ solitæ residentiæ xii. die, à die executionis præsentium, si ipsa iuridica fuerit, aliâs p. d. i. extunc immediatè sequenti, per se, aut per procuratores suos, ad causam huiusmodi sufficienter

cienter instructos, comparean. legitimè ad dicen. & opponendum, quicquid verbo, vel in scriptis contra huiusmodi nobis præsentatam appellationem, nostramque iurisdictionem dicere, seu excipere, velint, ac impugnan. & iustificādum eadem, necnon ad proceden. & per nos procedi viden. & ad omnes, & singulos actus, & terminos iudiciarios, gradatim & successiue, vsque ad nostræ sententiæ deffinitiuæ prolationem inclusiue, certifican. eosdem taliter citatos, quòd siue in dicto citationis nostræ termino comparere curauerint, siue non, nos nihilominùs ad partis comparentis, & causam huiusmodi prosequi curantis, instantiam, ad præmissa omnia & singula, ac ad ea, quæ iuris & rationis fuerint, dante Domino procedemus, contumacia siue absentia dictorum non obstante. Et insuper attenden. quòd lite & causa huiusmodi taliter coram nobis pendente indecisis, nihil sit per quempiam attenran. siue innouan. Vobis igitur Exequutorib. supradictis, sub pœnis prædictis mandamus, quatenùs pot legitimam dictæ Citationis exequutionem personaliter cceden. supràdicto R. D &c. ac Plebano N. ex aduerso principali, ac aliis omnibus & singulis quorum interest inhibeatis, quib. etiam nos præsentib. inhibemus, me ipsi, seu eorum alter per se, vel per alium, directe vel indirecte, occulte vel manifeste, vel quoùis quæsito colore in causis huiusmodi, in vilipendium & leuitatem iurisdictionis, & Sedis Metropolitanæ contemptum, dictiq; Abbat. principalis præiudicium, damnum, & grauamē attentare, siue innouare præsumant, seu præsumat. Quòd si secus factum fuerit, nos id totum cassare, annullare, & in pristinum statum reducere curabimus, iustitia mediante. Diem verò citationis & inhibitionis ve-

strarum huiusmodi, & quicquid in præmissis feceritis, nobis per vestras pāten. literas, aut instrumentum publicum, harum seriem, seu designationem in se continentes, seu continens, remissis præsentibus, quantò citiùs poteritis, fideliter intimare curetis: in quorum omnium fidem & testimonium præmissorum, præsentes nostras literas, siue hoc præsens publicum instrumentum, per notarium publicum nostrum, vt facti huiusmodi coram nobis, scribam infrascriptum, scribi & publicari mandauimus, nostríque sigilli, iussimus & fecimus, appensione legitima communiri. Act. & dat. Gnes. in domo solitæ nostræ residentiæ, anno die. &c

Adueniente termino appellans, literas citationis exhibeat, cum exequutione, & protestetur vt suprà. [2] Appellatus verò comparens similiter protestetur, de non consentiendo, & de desertione, & non legitima deuolutione, petatque copiam iurium ad quindenam. In quo termino contradictionis iurium, solet pars sub hac forma dicere. Dico generalia contra iura & iurisdictionem Domini. Saluo. &c. Iudex verò pronunciat se competentem causæ iudicem, & mox præfigit terminum vtrique parti ad libellandum ad p d. ante omnia tamen, attentatis si quæ fuerint, reuocatis: [b] *nam effectus appellationis est; vt ea pendente nihil innouetur*· sed omnia in eo statu permaneant, in quo erat tempore appellationis emissæ, [c] nisi in casibus, in quibus aliquid innouatur. [d] Totus autem processus secundæ instantiæ, isdem terminis constabit, prout & processus instantiæ primæ.

[2] vt in c. 57.

[b] Spec. de App. § De off. n. 2. & id. in. de Inhibi.

[c] ff. nihil inno. ap. pen. l. vni. & c. bonæ. de. App.

[d] Spec. p. § nouissime in pr.

De libello appellatorio conuentionali C. IX.

HIc libellus, siue sit conuentionalis, siue reconuentionalis, hoc difert à libello p. i. quòd duabus petitionibus constet,

constet, similísque est Hypoteticæ propositioni: sicut ergò in libello p. i. vnum petebatur in conclusione, ita in appellatorio duo petuntur. Alterum quod fuit prius in p. i. petitum: alterum vt pronuncietur benè appellatum, & malè sententiatum adiuncta expensarum condemnatione & molestiarum fatigatione. Eius tale datur exemplum.

COram vobis Ill^mo. & R^mo. &c. Archiepiscopo &c. vel Vicario & officiali generali G. iudice causæ & partibus infra scriptis, vigore appellationis, à sententia deffinitiua I. D. N. pro parte R. D. A. ad sedem Metropolit. interpositæ, procurator, & nomine procuratorio, prædicti D. A. & sui monasterii appellantis, contra & aduersus venerabilem N. P. in G. & contra quamcunque personam; pro ipso in vestro iudicio legitimè venientem, grauí cum quærela proponit. Quòd quamuis mota materia quæstionis, inter præfatum D. A. actorem ex vna, & dictum Plebanum, patribus ex altera, coram Ill. & R. D. Loco ordinario. vel eius officiali generali Crac. de & super quibusdam decimis prædialibus, post araturas N. quàm omnium & singulorum incolarum, Cmetonum in vila N. communiter nuncupata, Diœcesis Crac. in districtu, &c. ad prædictum D. A. & monasterium suum, iure sibi, specialis cuiusdam priuilegii & incorporationis, & ex præscriptione competen. spectantib & pertinentib. à tempore fundationis, erectionis præfati monasterii, in N. præfatusque D. A. intentionem suam & ius sufficienter in possessorio, & petitorio, tàm testibus, quàm priuilegiis probasset, & fundasset. Nihilominùs tamen præfatus D. N. in præfata causa procedens, iuris ordine non seruato, nec attentis probationibus, & iure prædicti D. A. & monasterii sui sententiam deffini-

tiuam (si dici meretur) tulit & pronunciauit; pro parte dicti D. Plebani, & ecclesiæ suæ in N. & contra præfatum D. A. & monasterium suũ in N. adiudicando præfato Pl. & ecclesiæ suæ, cui certus census pẽdebatur, occasione administrationis Sacramentorũ, decimas supra dictas, tàm prædiales, quàm Cmetonales, in dicta villa N. excrescentes, & absoluen D. Pl. ab impetitione D. A. & eidem perpetuum silentium, super eisdem decimis imponendo, eundemque in expensis in causa factis condemnan. A qua quidem sententia definitiua, tanquam iniqua & iniusta, pro parte D. A. fuit & est appellatum, & apostoli petiti, infra terminum iuris, & omnia quæ appellantib. incumbunt, fuerunt & sunt facta & disposita. Petit igitur dictus Pr. nomine quo supra procuratorio per vos &c. & vestram sententiam deffinitiuam dici & pronunciari, decerni, omnes & singulas decimas, tàm post agros & araturas N. quàm omnium & singulorum, Sculteti, Cmetonum in villa G. communiter nominata, ad prædictum D. A & suum conuentum, iure priuilegiorum pertinuisse & spectasse, & nunc pertinere & spectare: prædecessoresque prædicti D. A. & conuentum suum, in possessione ipsarum fuisse & extitisse, ipsasque sibi & conuentui suo adiudicãdas fore, & adiudicari, præfatoque Pl. & ecclesiæ suæ in prædictis decimis ius non competiisse nec competere, prædictũ D. Lociordinariũ vel officialem &c. in dicta causa malè & inique, perperam processisse, sententiasse & deffiniuisse, sententiamque per ipsum taliter qualiter latam, inris ordine prætermisso, pro parte Venerab. Pl. & ecclesia sua in N. quatenùs de facto processit, cassand. annihilan. reuocan. & infringen. fore: cassarique, reuocari, annihilari & infringi,

fringi, pro parteque D. A. à prædicta sententia, tanquam iniusta & inualida, benè appellatum fuisse & esse, omniaque quæ appellantib. incumbunt faciendo disposuisse, & disposita fuisse, prædictumque D. Pl. prædicto D. N. & Conuentui suo; in fructibus perceptis, à tempore occupationis dictarum decimarum, in expensis, in lite, tàm coram iudice p. i. quàm coram vobis, factis & fiendis condemnan. fore, & per vos condemnari, iustitia mediante. Saluo iure. &c.

Libello porrecto, pars copiam petit, cum termino ad Deliberandum, qui datur ei.

OBLATA. Anno &c. *Pr D. A. citauit D. Pl. ad videndum offerri libellum, ipsoque oblato petiuit pars copiam ipsius vna cum termino ad deliberandum: & D. præfixit ad p.*

De termino ad deliberandum & de mutuis petitionibus. C. X.

QValiter deliberandum sit reo, dictum est suprà.[a] Si igitur eligat cum aduersario lite contendere, & velit eum reconuenire, petat terminum ad reconueniendum, quo dato notarius oblatam signat. [a] *Sup. eo.* ✻

Anno, &c. D. Pl. deliberatus petiit sibi dari terminum ad reconueniendum, P. D. A. præsente & consentien. & D. præfixit ad p. i.

LIBELLVS RECONVENTIONALIS.

COram vobis &c. iudice appellationis Pr. & nomine procuratorio venerab. D. Pl. in N. contra & aduersus D. A. & eius conuentum & contra quamcunq; personam pro ipso in iudicio legitimè interuenientem proponit & dicit, quòd licet causa coram &c. inter D. A.

ctorem ex vna, & D.P.reum partib. ex altera, de & super decimis manipularib. prædialib, excrescentibus post araturas N. & omnium singulorumq; incolarum, cmetonũ in villa G. fuisset & esset solenniter acta & tractata, præfatusq; D. locior. in dicta causa bene & rationabiliter ac solenniter, iuris ordine in omnibus seruato processisset, sententiamq; deffinitiuam in ipsa causa pro parte D.Pl. & ecclesiæ suæ contra dictum D. A. & conuentum suum tulisset, promulgasset, & pronunciasset; easdem decimas dicto Pl. & ecclesiæ suæ adiudican. Nihilominùs tamen pro parte dicti D.A. ab ipsa sentẽtia fuit & est, (vt eicitur) temerè & iniuste, & de facto duntaxat ad sedem metropol. G. appellatum, & male cum ea, quæ appellantib. incumbunt, non fuerunt, nec sunt facta, nec disposita.

Petit igitur Pr. nomine quo suprà per vos &c. vestrãq; sententiam dici, pronnnciari & decerni ac declarari in causa prædicta, præfatum D. lociord. bene & iuste ac sancte fuisse & esse processum, sententiatum, deffinitum, ipsamque sententiam cum contentis in ea confirmãdam, approbandam, & ratificandam fore, & per vos approbari, confirmari, & ratificari pro parteque D.A. ab ipsa sententia deffinitiua, male, inique, & de facto duntaxat fuisse, & esse appellatum: præfatumque D. A. dicto D.Pl. in expensis, in causa legitime factis, & in posterùm faciendis condẽnan. fore, & per vos condemnari, & alias de & super præmissis sibi fieri, iustitiq complementũ vestrum benigne officiũ ad hoc humiliter imploran. Saluo iure &c.

De termino ad respondẽn. libello & iurand. de calumnia. C. XI.

VTroque libello oblato, appellans citare debet appellatum, ad respondendum libello, pro parte sua porrecto,

vbi in continenti appellatus responsionem vrgere debet ad libellum reconuentionalem: quo facto in termino responsionis, vtraque pars ad libellos hinc inde porrectos, potest respondere verbo: negando narrata; prout narrantur, animo litem contestandi: saluo tamen eo, quòd vtraque pars recognoscit fuisse agitatam hanc causam, in p. i. coram. &c. Sed quia in processu p. i. dictum est, post litem contestatam debere sequi iuramentum de calumnia: ideò iudex potest mandare partibus, hoc idem præstare, quoties exigitur, de quo vide supradicta.

Responsione facta, & lite contestata, iuramentoque præmisso; sequitur vt iudex præfigat terminum ad articulandum. Totum autem hunc processum, notarius scribit.

Anno &c. Pr. D. A. citato D. Pl. petiit responderi libello suo incontinenti se responsurum libello reconuentionali offerens.

Anno &c. Procuratores. &c. ad libellos per se productos, verbo responderunt, negando narrata; prout narrantur &c. & incontinenti D. mandauit iurare partibus, de calumnia: terminum ad articulan. præfigen.

De Termino ad articulandum. C. XII.

PRo actu Practico exemplum articulorum in 2. i. tale datur prout sup: in p. i. additis quibusdam hìc insertis.

Positiones & articulos, &c. in causa Appellationis, quæ inter R. D. A. actorem ex vna, & D. P. reum partib. ex altera vertitur, de & super decimis, &c. dat & exhibet, &c.

In primis ponit, & si negatum fuerit, probare intendit, quòd à x. xx. xxx. xl. citra vel vltra annis, est donata decima omnium frugum in villa G. excrescentium, Monasterio in N. & eius Abbati.

Item,

Item ponit, quòd à dictis temporibus omnes & singulæ decimæ, &c. vt sup· in for. Art.

Item ponit, quòd pensionem, de qua suprà in art. percipit ab incolis prædictæ villæ G. iure parochiali. Et sic &c.

Item ponit, quòd temerè D. Pl. decimam occupauit, cuius valor communiter æstimatur ad 100. Marc.: & hac occasione est in ius tractus. Item ponit, quòd prædictus D. Locior. vel Offic. &c. procedendo in causa iuris ordine prætermisso & probationib. D. A. non attentis, sententiam definitiuam (si dici meretur) pro parte D. P. tulit & pronunciauit, & contra D. A. & conuentum suum prædictas decimas Pl. adiudicando perperam & iniquè, & eundem D. A. in expensis condemnan. silentiumque perpetuum, quantum in eo fuit prædicto D. A. super dictis decimis imponen. Et sic fuit &cætera.

Item ponit, quòd pro parte D. A. fuit appellatum à sententia definitiua tanquam iniusta, & temeraria, idque infra terminum iuris, apostoliq; petiti, & cum effectu percepti, & omnia quæ incumbunt appellanti, sunt dispositа, quòd fuit &c.

Item ponit, quòd dat omnes propositiones, acta, acticata in p. i veluti libellos, articulos, quos per has positiones supplet, & cæteras probationes, in quantum faciunt & facere possunt, pro parte sua, & contra partem aduersam & non aliter nec alio modo. Item ponit, quòd de omnibus est publica vox & fama. &cætera.

ARTICVLI EX LIBELLO RECONventionali.

POsitiones vt supra in p. i. Item ponit & dat pro positionib. libellum in p. i. productũ & oblatum in causa præsenti, & omnia & singula in eo cõtenta narratiuè, & dispositiuè de quolibet. Item ponit, & pro positionib. dat articulos productos coram

ram iudice. Item ponit, & dat omnia producta, & producenda in præsenti causa, in quantum faciunt pro se, & contra partem aduersam; non aliter, nec alio modo.

Prædictas] Posit. Pr. dat. &c. Saluo, &c. Porrectis articulis petantur Coppiæ cum termino dicendi contra.

OBLATTA, Anno, &c. Procuratores. &c hinc inde, prout terminus requirebat articulos obtulerunt. Et peten. hinc inde copiam,, & terminum dicendi contra D. præfixit ad p.

De Termino ad dicendum contra Articulos. C. XIII.

ARticulos infringi per exceptiones docuimus in p. i. sed hic addendũ est. Articulos in p. i. deductos non posse in 2. i. iterum induci, maximè verò si testes essent inducendi super probatione articulorũ; quia pars aduersa suspecta redditur de instruendis testibus, præsertim si fuerunt in p. i publicati. [2] [2] c. fraternitatis de testi. vbi gl.

Secundò, Excipiens scire debet, quòd in appellatione, non allegata, & non probata, allegari debent, vt confusio Processus euitetur, & vnum sæpè non allegetur. His præscitis excipiens in forma exceptionis proponat, vt suprà.

Contra quandam prætensam chartam loco articulorum pro parte D. A. econtrà Vener. D. Pl. nuper in iudicium vestrum oblatam, Pr.. &c. arguit, opponit, excipit, & excipien. dicit, quòd prædicta charta, cum contentis in ea, est frustra, impertinens, non releuans producentem, nec nocens parti contra quam producitur, & aliâs est talis quòd de iure sit inadmissibilis, & repellenda, vt debet repelli, prout ex infra deductis patebit.

Et primò, hæc charta non est admitten. quia materia horum articulorum est in articulis p. i. super quibus sunt recepti testes, & publicati. Et si reciperentur hi, ait, tunc esset præ-

[b] *clem. 2. de. test* sumptio de subornatione testium, & ideò iura [b] prohibent post publicationem, testes recipere super iisdem articulis, vel directo contrariis.

Deinde non est admittenda charta, quia esset contra communiter dictum in appellationibus vsurpatum, vezt, non allegata allegabo, & non probata probabo. Admissis autem articulis p. i. allegata allegarentur, quod est absurdum, & ex prædictis sunt inadmisibiles. Et Proc. petit nomine quo sup. procuratorio, obstantib. exceptionib. supra deductis, & de iure admisibilib prædictos articulos repellen. fore, & per vos repelli vestra sententia mediante, præfatumque D.A. in expensis condemnan. fore, &c Super quo, &c.

Exceptionib. porrectis, petat pars copiam cum termino ad Replicandum.

OBLATA. *Anno &c. Proc. D. P. obtulit exceptiones in scriptis, petente N. copiam & terminum ad Replicandum obtinuit.*

De Termino ad Replicandum. C. XIIII.

COnsideret in hoc termino replicans, an benè alleget pars iura in exceptionibus. Deinde aduertat & meminerit benè declarare, quando liceat probata iterum allegare: quãdo enim meliùs probari possunt in 2. i. noui articuli; tunc nouis datis supplere possum neglecta, & ommissa. Forma talis sit.

COntra quandam prætensam chartam, loco exceptionum, pro parte Pl. & contra positiones & articulos D. A. nuper in iudicium vestrum oblatam & productam, Pr. & eo nomine procuratorio, arguit, opponit, & replicando dicit: quòd dicta, prætensa charta, cum contentis in ea, fuit & est impertinens, & friuola, & breuiter dicens, de iure inadmissibilis, cum non releuet producentem,

tem, nec nocet parti, contra quam producitur, & aliâs est talis, quòd ipsa non obstante, vos N. potestis & de iure debetis admittere articulos eiusdem D. A. ad probandum, prout ex infràdictis patebit.

Et 1. descendo ad prætensam exceptionem, in qua breuiter deducitur: quòd si post publicationem attestationum in p. i. articuli conformes, seu materiam primorum articulorum continentes, producantur in 2. i. tunc nec illi, nec articuli sunt admittendi &c. ad hoc replican. dicit, quòd dictus excipiens, astutia vtitur sathanæ: reticet enim ea, quæ sunt contra eum, allegando iura; quæ verò faciunt pro se, allegat. Nam prædicta iura ita dicunt, [a] quòd in eadem causa & materia, si noua capitula, & noui articuli oriuntur, testes noui produci possunt: & etiam super nouis dependentibus, ex veteribus articulis, & quæ possunt ex iis oriri, testes noui, & alii priùs producti in p. i. super iisdem possunt produci: ex quibus patet, quòd excipiens in excipiendo deficit.

[a] *gl. in c. fraternitatis de testi. ex nouis.*

Ad vltimam except. replic. dicit, quòd dictus excipiens non intelligit illud dictum, aliâs illud non adduxisset; nam quamuis illud dictum intelligatur, quòd ommissa in p. i. possum allegare & probare; non tamen sequitur, quòd probata & allegata nom debeam allegare; præsertim si sub aliis, modo, forma, iure, 1 melioribus id præstare possem. Hinc patet, quòd datis nouis aarticulis, ex veteribus dependentib. possum supplere in 2. i. quod omisi in p i.

Ex prædictis igitur &c petit per vos &c. & vestram sententiam interlocutoriam, dici, pronunciari, decerni, & declarari articulos pro parte A. oblatos, ex libello suo productos, non obstantib. friuolis exceptionibus, admitten. fore, & per vos admitti iustitia mediante. Post replicationes, detur terminus ad Duplicand.

OBLATA. Anno &c. Pr A. *obtulit replicationes in scriptis petens N. copiam & terminum ad Duplican. & obtinuit.*

DVPLICATIONES. Die &c. iuxta exigentiam termini procur. duplicauit verbo dicens, generalia contra. Et hinc inde petentib. Procur. super materiis productis interloqui D ad p. terminum præfixit.

PRAXIS EXCIPIENDI GENERALIA

HÆc Practica excipiendi *generalia*, est multum communis, & effectum hunc operatur, quia est præseruatiua facultatis, exceptiones specificandi nobis competentes, in quacunque parte iudicii, quod procedit etiam post terminum datum. Hinc qui non potuit declarare obiectus datos in p. i. vel neglexit eos dare, in sequenti instantia potest eosdem dare vsque ad tertiam instantiam.

[b] *Bald. c. 1 de fi. instr. Fel. c. litees causa. de probat. Vestr. lib. 5. q. vl. n. 10 & 13.*

INTERLOCVTORIA.

SEdentes pro tribunali, interloquen. pronunciamus, non obstanti friuol: exceptionibus pro parte P. & contra articulos D. A. productis & oblatis eosdem articulos, admittendos fore & admittimus eundem P. dicto A. in expensis condemnan. occasione præmissorum legittimè factis, quorum taxationem nobis in posterum reseruamus Præsentib. &c.

Actuarius scribit. *Anno*, &c. *Comparentib. ipsius D. A. & P. Procuratorib. & petentib. interloqui prout terminus requirebat. R. D. interlocutus est admittendo artic. D. A. & ad respondendum hinc inde articulis terminum ad 8. præfixit.*

De Termino ad respondendum Positionibus. C. XV.

PErpensis his, quæ supra de hoc termino dixi, responsio concipiatur sic. Salua ineptitudine & impertinentia Positionum

sitionum, & articulorum pro parte A. oblatorum & productorum protestatur Pr. N. quòd si alicui, vel aliquib. cui, vel quibus, de iure non esset respondendum, responderit, vult habere pro non responso, de quo solenniter protestatur. Qua solenni protestatione sic præmissa ad positiones, & articulos prædictos satisfacien. termino, si & in quantum eis de iure esset respondendum, respondet vt sequitur.

Et 1. ad 1. Posit. responden: non credit ipsam veram.

Ad 2. non credit.

Ad 3. non credit, quod temerè vsurpet, & occupet, sed credit se iustè tenere.

Ad 4. credit se nulliter esse tractum in ius: valorem verò non credit verum esse expressum.

Ad 5. Credit iustè latam esse sententiam, pro sua parte, & pro sua ecclesa.

Ad 6. Cred: appellatum fuisse, sed non credit quòd fecisset ea, quæ incumbunt appellanti.

Ad 7. & 8. non credit.

RESPONSIONES ACTORIS.

PAri modo actor, concipiet responsiones contra articulos, protestatone præmissa. Concludendo producta in p. i. non esse vera; nisi fuerint probata, & actu producta. Quoties verò obscuri fuerint articuli; tunc seruetur terminus ad declarandum, & ad dicendum contra declarata, quoties opus est: aliâs fit termiinus ad dicendum contra.

OBLATA Anno &c. *Procuratores N. hinc & inde produxerunt responsiones ad articulos; in scriptis & D. decretis copiis, terminum præfixit, ad dicendum contra seu ad excipiendum.*

Exceptiones verbales, vel in scriptis fiant vt supra in p. i.

Anno &c. Procur. hinc & inde contra responsiones per

ipsos datas, generaliter verbo exceperunt, & petierunt super productis interloqui, & D. præfixit terminum.

INTERLOCVTORIA.

SEdentes pro tribunali interloquendo pronunciamus, responsiones partium esse admissibiles, quas etiam admittendo approbamus: super negatis vtraque parte ad probandum admissa. Præsentib.

De vlteriori processu coram iudice ad quem. C. XVI.

INterlocutoria hac lata, procurator appellatoris in primis aduertat: an articulos productos, actis p. i. probare possit: an verò testes sint sibi necessarii, super nouis articulis. Si testibus probare vult suam intentionem; tunc remissionem petat, ad examinandos testes, quoties longè distant: si verò acta p. i. ad probandum sufficiunt; tunc duo petat.

Primò, vt compulsoriales literæ sibi dentur, contra Episcopum, vel Officialem, ac suos notarios, pro actis p. i & instrumentis extraden. ad probandos suos articulos ex libello productos.

Secundò petet partem appellatam ad solutionem medietatis dictorum actorum apud iudicem p. i. fiédam condemnari.

Contra hanc petitionem secundam, Procur. appellati poterit excipere contradicendo, quòd non debeat condemnari ad dictam solutionem; causam allegans, quòd velit stare ipsi sententiæ, & eius instrumento.

Contra exceptiones replicet appellans, quòd sicut acta p. i. sunt sibi necessaria ad iustificandam appellationem, & articulos probandos, ita & aduersæ parti pro sententiâ lata.[a] Et super his altercationibus interloquatur iudex decernendo compulsoriales

[a] Gemin. in c. statutum, § in proferen. de reser. in 6.

soriales, & mandan. quatenus acta p. i. extrahantur sumptibus appellantis duntaxat, terminumque præfigat ad reproducenda acta. Si verò remissio petatur, pro examinan. testib. in causa appellationis; tunc fiat hoc modo, vt supra de testib. *Similiter præsentatio remissorialium, examen testium, Clausio & præsentatio rotuli, fiat vt supra c. 35. & sequentibus.*

NOTARIVS SIGNAT SVPRADICTA

ANNO &c. Procuratoribus altercantib. & concertantib. super medietate solutionis pro actis p. i. extradendis D. decretis compulsorialib. mandauit acta extradi duntaxat sumptibus appellantis, & terminum præfixit ad reproducendum, vel ad producendum omnia.

De Compelsoriis. C. XVII.

COmpulsorias appellamus literas, quibus per iudicem cõpelluntur personæ, penes quas sunt scripturæ, iura, munimenta, extradere acta omnia ad causam facientia. harum duæ sunt species: *Generales*, quæ dantur pro extradendis omnibus actis & singulis scripturis ad causam facientibus in genere. *Speciales*, quæ pro speciali aliqua scriptura dari solent & mittuntur ad executores certos, qui aliquando vocantur *iudices compulsores*: inuentę sunt ideò, vt gestorum meritis benè cõsideratis posset iudex ad quem, pro singulorum fortuna sequentem sententiam dare.[a] Quamuis autem lex præscribat, vt iudex à quo, intra certam dilationem, transportationem actorum faciat; tamen *mon consueuit curia Romana ad transportationem talem iudicem arctare, sed notarium ipsum,* [b] *qui fuit in causa actuarius: idq; vt cum iudicibus vrbanius agatur, ac etiam quia iudices satis videntur, quo ad se acta concedere, vbi appellationi deferunt: & sic res videtur eum notario agenda, contra quem solemus, vbi pro transumptione, vel transportatione actorum inste-*

[a] l. eos. § super iis. in fi. l. iudicib. l. præcipimus § in his. C. de app. Vest. lib. 8. c. 2. in 2.

instamus monitorium à iudice obtinere, quo sub excommunicationibus, vel pecuniariis pœnis monetur; vt vniuersa acta apud se gesta infra certum terminũ transumat, vel si vicinitas suadeat, transportet ad iudicem ad quem; vel eius notarium, & ad talem comportationẽ consueuit citari pars ad probandam suam intentionem, *de stylo nostro tàm contra iudicem, quàm notarium monitorium datur.* Quo habito, pars consueuit requirere in præsentia notarii publici exequutorem, *vt moneat vigore illarũ literarum iudicem p. i. & suos notarios, iuxta vim & formam in præfatis literis compulsorialibus expressam*, & præfatus iudex à quo, acta transumpta, & sigillata decernet extradenda, *vel ob vicinitatem iudicis transportanda.* [c] *Saluo salario notariorum.* [d] & super prædictis omnibus fiat protestatio, & petatur publicũ instrumentum: vel saltem notarius præmissa reponet in protocolum, actaque omnia, vel eorum copiam intra mensem exhibebit: [e] si verò in differenda exhibitione fraudem aliquam fecerit, tunc ab officio suo *notarius suspenditur arbitrio Ordinarii*, & ad dupli pœnam compellitur, quanti ea lis fuerit inter appellantem, [f] similiter & iudex impedimenti conscius puniatur: si autem iudicem appellationis in eadem ciuitate morari contigerit cum iudice ad quem; tunc de const. [g] Sinodi notarius transportare acta tenebitur.

[c] *vt Const. Syn. Prouin. de tax. proc. fol. 93.*
[d] *c. 20. Sess. 24 de refor. in. Con. Trid.*
[e] *de c. 20. in Conc. Trid.*
[f] *ib. in Con. Tri. vt sup.*
[g] *lib. 3. de Tax. Proces.*

FORMA COMPVLSORIALIVM

BERNARdus &c. vti in inhibitione. Noueritis nos in causa appellationis inter R. D. A. principalis appellantis ex vna & ven. Pl partib. ex altera, occasione certarum decimarum, ac aliarum rerum in processu causæ latius deductarum, ad nonnullos actus, & terminos iudiciarios gradatim, & successiuè iuris ordine seruato, cum ipsis partib. seu verius ipsarum procuratorib. vsque ad articulorum hinc inde productionem, ipsorumque admissionem & responsionem, ritè & legitimè processisse, tandem die inferiùs annotata, coram nobis iudicio pro tribunali præsidentib. comparens personaliter Venerab. B. magister causarum consistorii G. & dicti D. A. legitimus procurator, de cuius procurationis onere apud acta causæ huiusmodi euidentissimè dignoscitur constare, exposuit, quomodo R. D. &c. necnon notarii, tabelliones, & coram eo scribæ, depositiones siue dicta testium, instrumenta, priuilegia, literas, scripturas, & alia iura & munimenta in suis cistis, scriniis, tecis, armariis, actis, notis & prothocolis habent, & circa se detinent, sine quib. veritas de meritis causæ huiusmodi liquidè, & ad plenum constare non potest, propter quod *nobis debita iuris cum instãtia supplicauit: quatenus sibi* de remedio opportuno prouidere, rostrasq; compulsoriales literas contra & aduersus personas prænominatas in forma solita, & fieri consueta, pro extradendis huiusmodi actis, dare & decernere dignaremur. Nos tunc attendentes eius petitionem esse iustam, & rationi consonam, & quod iusta petentib. non est denegandus assensus, bonique iudicis est, cuncta rimari, ne ex occultatione huiusmodi testium depositionibus & aliorum iurium & munimentorum, alicui partium, veritas deperire videretur, præpetitas nostras compulsoriales literas decreuimus fore dandas, damusque & decernimus per præsentes. Quocirca vobis exequutoribus supradictis, & vestrum cuilibet in virtute S. obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, quam in vos, & vestrum quemlibet, trina trium duntaxat dierum Canonica monitione præmissa, si nostra huiusmodi mandata neglexeritis, seu distuleritis, cõtumaciter adimplere

ferimus in his scriptis,) districtè præcipien. mandamus si quatenus personaliter accedētes R. D. &c. ac ipsius notarios, tabelliones, & coram eo scribas, si ipsorum præsentias commodè adire poteritis, aliâs vestris in ecclesiis publicè proponen. ipsos & eorum quemlibet salubriter inducen. moneatis & requiratis, quos & nos tenore præsentium requirimus & monemus; vt infra vnius mēsis spatium, quod spatium ipsis & eorum cuilibet pro omnibus dilationibus, trinaque canonica monitione ac termino peremptorio præfiximus & assignauimus, acta acticata, testium depositiones, siue dicta eorum, literas, scripturas, priuilegia, instrumenta, & alia iura ac munimenta necessaria, causam & causas huiusmodi tāgentes & tangentia, in eorum formis originalib. seu eorum vera transumpta in publicam formam redactas & redacta, & sigillis autenticis sigillatas & sigillata, aliasque talib. modo & forma dispositis, quod eisdem, apud nos in iudicio & extra, plena fides valeat adhiberi, nil adden. minuen. mutan. quod facti substantiam immutet, dent, tradant, & assignent, nobisque versus locum & consistorium G. dirigant, deferendas & deferen. saluo nihilominus salario iusto & competen. illi vel illis, cui vel quibus, huiusmodi satisfactio ob præmissa fuerit impēdēda. Alioquin si dicti, moniti, & requisiti secus fecerint, & præmissa contumaciter adimplere neglexerint; extunc prout exnunc, & exnunc prout extunc, ipsos & eorum quemlibet lapso dicto vnius Mensis spatio, Christi nomine inuocato, excommunicamus in his scriptis, quos & vos sic excommunicatos vestris in Ecclesiis, Monasteriis, & Cappellis, singulis diebus Dominicis, & Festiuis, coram Christifidelib. ad diuina audien. congregatis denuncietis, & denunciare cu-

are curetis. Præmissa tàm diu exequen. donec à nobis aliud habueritis in mandatis. Diem verò exequutionis præsentium &c vt suprà de inhibitione.

Actis omnibus conscriptis, pars appellans curet appellatum citari, ad videndum acta coram D. N. habita & obseruata pro comportatione ad R. D. N. vigore compulsorialium literarum extradi, eademque sigillari, ac iurato portitori ad transferendū committi, in quo termino, pars appellata consentiat, cum protestatione prout infrà: quæ omnia actuarius notat.

Anno &c. Magister N Honorabilis P. Proc. citato magistro A. R. D. appellati proc. citatione literali debitè executa, acta, & prodducta omnia in causa, occasione decimæ in N. inter dictorum pririncipaliū. coram D. habita & obseruata, pro comportatione add R. D. N. vigore eiusdem R D. literarum compulsorialium originaliter, vt moris est extradi, eademque sigillari &c. in præsentia procuratoris citati ad præmissa omnia, se & in quantum pro parte sui principalis, omnia sunt producta, consentien. alias protestan. Et R. D. acta & producta omnia in causa huiusmodi sigillanda, & mihi notario extraden. vel deferen. mandauit, Præsentib. Præsentatio rotuli fiat vt supra.

De termino ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta. C. XVIII.

IN hoc termino producantur ea quæ diximus suprà eo tt. Deinde producantur acta p. i. in quantum pro aliqua partium faciunt: ad extremum appellans petat sententiam iudicis à quo infirmari: appellatus verò confirmari, & si habeat quod opponet excipiat; ex aduerso appellante, replicante, concludique petente.

OBLATA. Anno &c. Pr. D. A *produxit iura, munimēta & priuilegia sibi necessaria, & pro fundanda sua intentio-*

ne acta p. i. reproduxit cum protestatione, in quantum faciunt pro se: ex aduerso P. D. Pl. contra prædicta omnia excepit generaliter verbo cum protestatione, in quantum faciunt contra se, & non aliter: petiitque sententiam p. i. confirmari, aduersario concludi petente & infirmationem sententiæ priorū vrgente, & incontinenti Dominus decreuit partem ad videndum concludi citari. Præsentibus.

De termino ad concludendum. C. XIX.

VLtra prædicta in hoc termino potest pars conclusionem petens, hoc modo dicere. Repeto acta & acticata, dicta, & depositiones testium, quatenus pro me faciant, & offero, (si necesse sit,) iuramentum in supplementum probationis, ac peto per D. iudicem, in causa concludi, sententiamq; ferri. Quo audito iudex annuere solet petitioni, vt supra capite 47. dixi. Illud verò, quod de iuramenti delatione per petentem dicitur, adeò necessarium esse communis opinio Doctorum tenet; [a] vt nisi ante conclusionem petatur, postea non potest peti: de hoc iuramento dixi suprà c. 44.

[a] *Bart. & alii. in l. admonendi ff. de iureiu. Maschard de prob. concl. 965. in 46.*

De termino ad sententiandum. C. XX.

IN hoc termino iudex ex actis, & aliis præsumptionibus informabit motum animi sui, ad pronunciandū in causa, & sequens legū iustitieq; vestigia, sententiā iudicis à quo, vel approbabit, vel cassabit, vel declarabit, vel supplebit in hanc formam. CHRISTI nomine inuocato &c. *vt suprà* in causa quæ inter R. D. A. actorem ex vna, & venerab. P. reum partibus ex altera, vertitur coram nobis vigore appellationis à sentētia R. D. N. Episcopi vel Officialis Crac. Generalis, de & super decimis manipularibus, & campestribus ac prædialibus: post agros & araturas N. in villa G. communiter nominata excrescentibus, per hanc sententiā nostram deffinitiuam, quam ferimus in his scriptis, dicimus, &c. *vt suprà*, omnes & singulas decimas suprà descriptas post omnes & singulas araturas N. in dicta villa excrescentes, ad prædictum R. D. A. pertinuisse & spectasse, & hodie pertinere, & spectare, ac prædecessores suos in possessione earundem decimarum fuisse & extitisse pacifica, & quieta, easdemque decimas prædicto R. D. A. & monasterio suo in N. adiudicandas fore, & adiudicamus: præfatoque V. P. & ecclesiæ suæ in dictis decimis nullum ius competiisse, nec competere: prædictumq; R. D. Episcopum vel Officialem Cracouiensem Generalem in prædicta causa, malè, perperam, & iniquè processisse & sententiasse ac deffiniuisse, sententiam ipsius latam pro prædicto V. P. ex nouis productis cassamus, & annullamus, infirmamus, & reuocamus: prædictumque V. P. præfato R. D. A. & monasterio suo in N. in fructibus perceptis à tempore motæ litis, & in expensis, tàm in causa primæ instantiæ, quàm coram nobis factis condemnand. fore & condemnamus, quarum nobis taxationem in posterum reseruamus: præfatoque V. P. & ecclesiæ suæ super prædictis decimis quantùm in nobis est perpetuum silentium imponen. & imponimus hac nostra deffinitiua mediante. Lecta, lata. &c.

Hac sententia lata, pars, quæ se grauatam senserit, appellare statim potest verbo, ad sedem Apostolicam, apostolosq; cum debita instantia, sub vno contextu petere: quæ omnia signabit notarius. *Anno &c. N. & O. procur. petierunt sententiam deffinitiuam ferri, & R. D. N. tulit in scriptis pro N. reuocando sententiam pro V. P. in prima instantia latam. Et idem P. statim à prædicta sententia, tanquam iniqua verbo appellauit, apostolos*

apostolos sibi dari, sub vno contextu petens: & R. D. N. ob reuerentiam sedis apostolicæ, apostolos dedit venerabiles. Olim concipiebantur certæ formulæ apostolorum, quorum formam posuimus supra fol. 182 Hodie super appellatione & apostolis, instrumentum in forma notarius conficit, cuius exemplum vide fol. 178.

Processus ordinis iudiciarii,

coram iudice Delegato. C. I.

DElegationes tàm in prima instantia, quàm in secunda, quoties aliqua causa iudicem ad has faciendas mouet, fieri posse, præmonui suprà. Verùm cùm etiam sæpè pro cognoscenda & determinanda causa in primis duabus instantiis agitata, & per appellationem ad sedem apostolicam deuoluta: per ordinarias expeditiones literarum, maioris iustitiæ, vel minoris iustitiæ, impetrentur commissiones causæ ad iudices in partibus, ideò specialiter agere de processu coram Delegato Apostolico obseruando, institui. Ea autem est natura delegatorum, vt vices delegantis repræsentent; in iurisdictione tamen nihil proprium habeant. [a] Hinc Delegatus dicitur is, qui ex alterius, scilicet superioris, commissione, alicuius causæ recipit iudicialem cognitionem: [b] & quoties est delegatus à Principe, semper potest causam sibi commissam, quò ad principium, medium, & finem, subdelegare. [c] Cautus autem sit oportet, impetrans in Commissionibus Apostolicis expediendis: siquidem in iis, quæ sunt minoris iustitiæ, & quæ in forma *Conquestus*, vel in forma *Suæ nobis* dantur, seruatur Constitutio *Bonifacij* [d] circa iudicis Deputationem: quòd videlicet non dentur iudices, extra locum rei, vltra duas dietas; [2] & vt sit in Ecclesiastica dignitate constitutus; & sit in [3] ciuitate, vel aliquo loco

[a] vt in cl. de off. deleg. Hosti. ib. & l. 1. § qui mandatam. ff. de off. eius.

[b] sup. de part. 2. dic. & c. super quæstionum. § 1. & § eius de off. del.

[c] d. c. super vbi gl. & dd.

[d] c. statutum de sepult. in 6.

loco insigni, vbi peritorum copia haberi possit, [e] & sit ex deputatis iudicibus commissorialibus, qui in Synodo Diœcesana, vel Prouinciali, ad cognoscendas similes causas eliguntur. Monent etiam iura, vt impetrans per se, vel Procuratorem, speciali ad hoc ei mandato misso, rescriptum obtineat, secus siquidem non valeret: [f] hoc tamen hodie aliter seruatur in Curia, vbi *nemo præsumitur suo sumptu expedire literas*: quia Procurator pro principali absente ad soluendas expensas registri tenetur: [g] & propter labores, dispendia, ac obligationem eiusmodi, quæ quis impetrando alieno nomine subit, non præsumitur sine scitu Domini impetrare: & ex eo fit, vt inualida dicatur esse Exceptio, *impetrantem non habuisse mandatum.* Apud nos quoq; cui delegari possit causa appellationis, à iudice ad quem, &, & specialiter à Metropolitano Gnesnen: dictum est suprà. Commissione igitur habita, quid impetrator facere debeat, tradamus.

[e] § cum verò d. c. statutum & Con. Trid. c. 20. Sess. 25. de Ref.

[f] c. nonull. § fi. de refer. vbi dd.

[g] Cassa. dec. 1. de proc. n. 2. Ros. in dec. 23. de proc. in nou. Rot. lib. 3. c. 4.

De Rescripti seu Commissionis præsentatione. C. II.

IN præsentatione Commissionis Apostolicæ, quæ vel per Secretariam Apostolicam in forma Breuis datur, vel per Cancellariam, per Correctorem officii contradictarum ad partes conceditur, actor diligenter videat numerum Delegatorum. Et si fuerint plures in Rescripto expressi, vel vnus tantùm; tunc eum in loco honesto, & tempore congruo, reuerenter conueniat: eique Rescriptum exhibeat: [a] & vnà secum habeat publicum notarium, vel duas personas idoneas, & in eorum præsentia porrigendo rescriptum dicat:

[a] Spec. eo. ti.

R. D. Ego præsento P. V. has litteras Apostolicas humiliter rogans & supplicans, velit P. V. hæc mandata dignanter acceptare, & ad executionem, & prosecutionem mandatorum Apostolico-

fidelium, iuxta vim & formam, & continentiam eorum, vt moris est, & stylo procedere: mihique contra aduersarium, vel ad-uersarios in iis literis expressum, vel expressos, procedendo, iustitiam debitam ministrare, & ad hoc citationem, seu citationes, in forma solita & consueta, contra eundem, vel eosdem, si persona eiusdem, vel eorum, commodè haberi poterit, vel eorum procuratores, si qui sint, ac alias in præmissis fieri mandare, quod recta ratio, & iuris ordo postulat & requirit. Idem fiat in præsentatione commissionis iudicis, primæ vel secundæ instantiæ.

Iudicis forma acceptandi

Quo audito iudex, caput suum inclinabit coram literis Apostolicis: & si clausæ sint, cautè aperiet, bullam ab eis ex toto non auellendo: idque propterea faciet, vt fides sit literis in posterum:[b] & accersito notario, lectisque literis dicat; *Literas Apostolicas, cum ea reuerentia qua decet, acceptamus.* Et illas ob reuerentiam osculetur: vel ad caput, vt alii faciunt in signum subiectionis ponat. Et continuando sermonem dicat: *Et parati sumus, sicut etiam debemus, Apostolicis mandatis obedire: quare in vim huiusmodi literarum, tibi citationes petitas, in forma debita & consueta, decernimus; & tibi notario publico, quem ad hoc requirimus; vt literas huiusmodi citatorias nostras conficias, & quæ aguntur in causa huiusmodi per partes, hinc inde fideliter scribas, committimus.*

Citationis decretum

[b] arg. c. licet de crim. fal.

Hoc facto, iudex per decretam citationem perpetuat iurisdictionem delegatam,[c] nec finitur talis iurisdictio morte delegantis, cùm non dicatur res esse integra.[d]

[c] c. gratum. ext. de off. deleg.

[d] c. licet de off. del.

Obseruatio 1.

SOlent rescripta sub diuersis clausulis, tàm in Curia, quàm extra emanare: quarum vis & natura, diligenter cognosci debet. Hinc si Papa, vel Episcopus, aut Archiepiscopus, in commissione

commissione dicat: *Vt omnes, aut duo, vel vnus vestrum, mandatum nostrum exequatur.* tunc actor, vnum adeat ex dictis iudicibus quem vult, & faciat vt sup. Quòd si hæc clausula inseratur: *Quòd si non omnes interesse poteritis,* &c. *tunc vnus, vel duo vestrum nihilominùs, exequantur.* & in hoc passu, vnus sine duobus aliis, vel duo sine tertio procedere nequeunt, nisi constet de impedimento tertii.[e] Proinde cupiens habere processum validum, ab vno petat, vt reliqui se exonerent, vel excusent, cur interesse nequeant. Tunc enim notarius in citatione dicet: *Constito nobis priùs de impedimento collegarum,* &c. secus nihil citatio valeret, & processus viciaretur.

N.

[e] c. prudentiam de off. deleg.

Obseruatio 2.

EVenit nonnunquam falsa rescripta iudicibus delegatis præsentari, quæ qualiter cognosci debeant, iudicis interest. Diligenter igitur *inspiciatur tenor bullæ, charta, rasura, stylus, filum,* & si quid eorum fuerit falsum, iudex reiiciat rescriptum, & fidem ei non adhibeat.[f] Quòd si verò euidens falsitas deprehendatur, tunc offerens capi potest: sed si dubium sit, tunc consulendus et delegans.[g] Legittimo verò extante rescripto, præcipiat iudex notario, tàm de receptione, quàm de præsentatione, facere instrumentum.

[f] c. si ad scripturas 9. dist. vb. gl. & l. 2. ff. de fi. instr.

[g] c. ad audientiam, de crim. fal.

[h] c. super literis. c. cum contingat de rescr.

X. Sup. Drya Solemnitas q. Juris seruan

FORMA INSTRVMENTI.

IN nomine Domini, Am. Anno, Mense, Die, Indictione, Pontificatu, &c. Loco, &c. *in mei notarii infrascripti, & testium præsentia, talis P. principalis,* &c. *vel eius Procur. in præsentia N. Canon. Crac. constitutus, quasdam literas Apostolicas, aut Metropolitani, aut Episcopi,* &c. *cum vera bulla filo pendentibus, vel cum sigillo cereo, vel cæræ impresso ad chordulam de serico pendent. & habenti in circuitu sui tales literas. Bernardus S. R. E. Card. Presb.* &c. *infra circulum verò tale signum,*

gnum, vel talem imaginem, (& hîc exprimat formam bullæ Papalis, vel Annulum Piscatoris, vel sigillum Legati, Episcopi) obtulit, præsentauit & dedit eidem, requirens eum sollicitè quód in causa sibi delegata procederet iuxta ipsarum literarum continentiam. Quas quidem literas, sanas, illæsas, omni vitio caren. Dominus cum ea qua decuit reuerentia suscepit, & perlegit. Quarum tenor, prout ego notarius vidi & legi, talis erat: Paulus Papa V. &c. vel Bernardus, Miseratione Diuina S.R.E. Cardinalis Presbyter, &c. & inserat notarius totum tenorem rescripti, de verbo ad verbum. Et tandē subiungat illā clausulā:

Post quarum quidem literarum oblationem &c. talis impetrator supplicauit vt supra: & Dominus decreuit citationē contra & aduersus reum, vel alios in literis rescripti principaliter nominatos, & ad alia procedi, iuxta eiusdē rescripti continentiā. actum &c. In fine vero instrumenti ipse se subscribat notarius. Et ego N. talis, tali autoritate notarius, præsentationi præscriptæ literarum, & earum cum reuerentia susceptioni, & aliis dum sic agerentur, vt præmittitur, rogatus, vna cum prænominatis testibus interfui, & de mandato prædicti iudicis autoritatem præstātis hæc scripsi, & transscripsi, nihil addendo, vel minuendo, vel mutando, & in hanc publicam formam redegi.

Obseruatio

DE praxi nostra, aliter seruari videmus: nam circa præsentationem rescripti ipsi delegato, notarius loco instrumenti, de quo suprà, scribit actum communiter, à tergo commissionis, in quo testificatur sic. *Anno die &c. N. principalis vel eius pr. præsentes commissionis literas tali D. obtulit, & petiit iuxta illarum intro continentiam procedi: & D, cum ea qua decuit reuerentia, susceptis huiusmodi commissionis literis, citationē contra partem aduersam decreuit. præsentib. &c.*

De citatione iudicis delegati C. III.

VAriis modis cōsueuit edicitatio, à delegato iudice: aliquādo enim sola simplex citatio emanat, *vt corā nobis cōpareat* &c. sine insertione cōmissionis: cum illa clausula, *hæsitantibus de nostra iurisdictione, fidem faciemus*; & hoc tunc fit, quando citatus, est in loco citantis: aliquando citatio, cum commissionis insertione conceditur; quæ tunc facienda est, quando partes, remotius citantur, per locorū distantiā, [2]eius talis est forma.

NIcolaus Dobrocieski I. V. D. Craçouien. & Sendomirien. Canonicus &c. iudex vnicus à Sanctiss. in Christo patre, & D. N. D. Paulo diuina prouidentia Pa. V. & sede apostolica, vel eius Legato, vel ab Episcopo &c. ad infrascripta partibus delegatus, & deputatus, honorādis viris Salutem in Domino. Noueritis nos literas Sāmi D. N. Pauli V. Papæ fæliciter moderni, in forma breuis sub annullo piscatoris expeditas sanas, saluas, & nullo suspicionis vicio subiectas, per N. debitè præsentatas, cum ea qua decuit reuerentia recepisse, aperuisse, legisse. quarum tenor sequitur, & est talis. Paulus &c. *inseratur literarum tenor: postea in fine citationis scribatur*: Huius ergo mandati apostolici autoritate in hac parte nobis delegata in virtute sāctæ obediētiæ districte precipiē. mandamus, quatenus dictum AA. & suum monasterium ad nostram peremptorie citetis præsentiam; vt proxim. feria 3. &c. corā nobis in tali loco legittime compareāt. prædicto P. iuridice responsuri. *Certificando &c. Aliquando vero citatio datur cum inhibitione, & cum compulsoria, & eius est talis forma.*

NICOLAVS &c. Honorandis viris &c. *vt supra in inhibitione.* Noueritis nos, literas certas pargameneas commissionis, sub titulo, sigillo, ac subscriptione

memorati Ill^mi. D.D. N. pro parte V. P. appellantis à sententia R^mi. in Christo Patris & D N. contra R.D.A. appellati in causa occasione decimarum in villa N. vt prætenditur, post omnes araturas excrescen. oblatas saluas, sanas, & integras, cum ea qua decuit reuerentia suscepisse. Quarum quidem literarum tenorem hîc inserere omisimus. Dubitantibus tamen de iis, in termino præsentium plenam facimus fidem. Post quarum quidē oblationem, & sicuti præmittitur receptionem, fuit & est nobis debita cum iuris instantia pro parte V. P. supplicatum, quatenùs ad earumdem literarum commissionis executionem procedere, & contra præfatū R.D.A. litèras citationis, tùm & inhibitionis, & compulsoriales contra præfatum R. D. D. N. seu suæ R. P. causarum auditorem ac notarium dare & extradere dignaremur. Nos itaque supplicationem eiusmodi attendentes esse iustam, & rationi ac iuri consonantem, prædictas citationis, inhibitionis, & compulsus literas decernimus fore dandas, prout damus, decernimus, in Dei nomine per præsentes. Quare vobis, suprà scriptis executoribus in virtute S. obedientiæ & sub excommunicationis pœna, auctoritateque nobis hac in parte commissa mandamus, quatenùs ad instantiam præfati V. P. accedentes personaliter R. D. A. seu procuratorem eius legitimum eundem vno edicto pro tribus & peremptoriè citetis, quem & nos præsentibus citamus; vt coram nobis Cracouiæ in domo nostræ solitæ residentiæ, quindecima die ab executione præsentium iuridica existente, aliâs prima extunc immediatè sequente, die nihilominùs executionis nostræ exclusa, personaliter & legitimè compareat, ad instantiam V. P. ad dicendum & excipiendum, ac opponendum

nendum se, si quid forsan contra prædictas commissionis literas nobis præsentatas, & per nos receptas; tum etiam iurisdictionē nostram, verbo, vel in scriptis, aut aliâs quomodolibet dicere, excipere, & opponere voluerit, & præsumpserit, aliâs ad videndum nos, vigore literarum prædictarum, nostram iurisdictionē fundari, nosque iudicem competentem, causæ & partium earundem pronūciari, & coram nobis ad vlteriora procedi mandari, nec non obseruationem omnium & singulorum actuum, & terminorum, ad sententiam vsque deffinitiuæ nostræ, in eadem causa prolationem, & eius, si ius dictauerit; executionis demandationem, tùm etiam ad costituendum in loco & ciuitate Crac. procuratorem, seu procuratores, reperibilem, vel reperibiles, aliâs ad deputandum locum publicum, *in quo ad præmissa citari debet.* Certificantes eundem citatum, quòd siue in dicto citationis termino comparuerit, siue non: Nos nihilominus iuxta tenorem commissionis vim, continentiam, ad omnia præmissa, dante Domino, contumacia eiusdem citati, vel citatorum, in nullo obstante procedemus, iustitia suadente. Et quoniam in eadem causa nobis commissa, & pendente indecisa, nihil debet per quempiam attentari & innouari: Ideeò vobis suprascriptis executoribus, authoritate suprascripta, & sub pœnis suprascriptis mandamus, quatenus post legitimam citationis nostræ præinsertæ executionem personaliter accedentes R. D. in Christo patrem, & D. D. N. seu suæ R. P. A. causarum, eos, siue cum moneatis & requiratis, ac inhibeatis, ne ipsi, seu aliquis eorum per se, vel alias personas, directè vel indirectè, occultè vel manifestè, aut quoùis quæsito colore, & ingenio, in eadem causa nobis commissa pendente in

decisa, quippiam attentare, & innouare, in nostræ, seu potiùs Apostolicæ authoritatis, & iurisdictionis contemptum, & vilipendium, damnum & iniuriam, dicti V. P. sub pœna excommunicationis valeant. Et si quippiam post notificationem & executionem præsentium, attentare & innouare præsumpserint vel præsumpserit: Nos id totum, nullum & irritum ac inualidum pronunciari, cassareque & reuocare ac in pristinum statum reducere curabimus, iustitia mediãte. Et quoniã nobis de meritis huius causę, siue actis iudicis, à quo est appellatũ ad plenũ constare nequit. Ideò vobis suprascriptis executoribus, sub pœnis nominatis mandamus, quatenus etiam ad instantiam dicti V. P. personaliter accedentes dicti R. DD. N. causæ huiusmodi scribam & notarium seu notarios nobis nominan. moneatis & requiratis, ac eos compellatis, quem & quos nos etiam præsentibus monemus, & requirimus, atque compellimus; vt sexta die, ab executione præsentium, quod spatium illis, pro omnibus dilationibus, terminoque peremptorio, ac trina canonica monitione præuia, præfigimus & assignamus; vt acta acticata, literas, scripturas, testium depositiones, si quæ sint, & quæuis alia munimenta, causam & causas eiusmodi tangen. coram eis obseruat. habit. product. ex eorum protocolis conscribant, & in publicam formam redigant, sigillo autentico obsignent: ita quòd eis apud nos in iudicio, & vbiq; locorum, plenaria fides adhibeatur, nobisq; & ad nos Crac. per certum, fidelem, iuratum, portitorem transmittant, & transmitti ac perferri curent, saluo eorum, & cuiuslibet, iusto & competenti salario, Alioquin si secus fecerint, & præsentibus nõ paruerint, ex tunc, prout ex nunc, sententias excõmunicationis quemlibet

libet ipsorum, authoritate nobis commissa, incidisse, & incurrisse declaramus, in Dei nomine per præsentes. Citantes nihilominus eosdem iudices, & notarios, & terminum illis coram nobis Cracouiæ, in domo solitæ residentiæ, sexta die ab executione præsentium, iuridica existente, aliâs proximè, ex tunc immediatè sequente assignan. ad videndum & audiendum ipsos, & quemlibet illorum, in euentu non paritionis præsentium, sententias excommunicationis incidisse & incurrisse declarari, & robur præsentium decerni, vel causas rationabiles allegationum afferri, quare ad præmissa non teneantur. In quorum omnium testimoniũ. & fidem, sigilli nostri subimpressione, præsentes iussimus & fecimus communiri. Datum Cracco. &c, Hæc Citatio exequatur vt suprà.

De comparitione rei C: IIII.

IN compaitione id singulariter agendum est, vt reus euitet iurisdictionem delegati si potest, & adiens iudicem sic dicat.

R. D. Ego Pr. N. *principalis mei, & eo nomine procuratorio, comparo coram* P. V. *& ante omnia protestor, quod in vos tanquam iudicem competentem, nisi quatenus de iure debeo & teneor, non consentio: quam protestationem in omnibus & singulis meis comparitionibus, volo habere repetitam; & peto vt prætensam vestram iurisdictionem eò vberius declinare valeam, copiam commissionis mihi dari, idque expensis partis aduersæ, atque omnia ista sic protestata, & repetita, apud acta registrari, alias protestor de grauamine, & appellando.*

His sic actis, iudex tenetur decernere copias rescripti. quia rescripta, sunt communia iura, vtriusque partis; vt legittima instantia fiat; & nulla partium lædatur: & hoc fit, si non inseratur rescriptum. Hanc verò petitionem partis, & declarationem iudicis, notarius inserat actis.

Anno

ANNO &c. *Pr. N. de cuius procuratorio apud acta constabat, nomine principalis ad hodie citati comparuit, & protestatus est de non consentiendo, &c.*

SI verò reus tantùm compareat, & actor contumax sit; tũc reus petat actorem in expensis condemnari, & se à termino absolui. Reo autem non comparente, actor in contumaciam, petat iurisdictionem fundari, quæ omnia per actuariũ notentur.

De termino ad dicendum contra commissionem, & de exceptionibus contra rescriptum C. V.

IN hoc termino comparens actor ita dicere potest. R. P. *terminus per* P. V. *est ad hodie limitatus, vel est datus ad dandas exceptiones contra commissionem & iurisdictionem vestram in tali causa. vnde accuso contumaciam partis non comparentis & nihil in termino facientis, petoque iurisdictionẽ vestrã fundari in tali causa.* Reus verò dicat, *citra approbationem iurisdictionis* P. V. *iuxta exigentiam termini ad hodie limitati, produco exceptiones fori declinatorias.*

Istæ exceptiones possunt conscribi in eadẽ charta, tàm contra commissionem quàm citationem, vt in processu Io. Andr. Samotulinus refert, vbi cautelam tradit excipienti, vt nõ proponat plures simul exceptiones dilatorias; quarum vna admissa, aliæ reppellerentur: secus verò esset, si separatim ponantur: quia si in vnius probatione defecerit, ad alias recurrere poterit.

Dilatoriæ enim, tamdiu proponi possunt; quousque præfixerit iudex terminum, ad producendum omnes dilatorias. [2] Variis autem modis exceptiones concipi possunt, quarum copiã frequens iudiciorum vsus, & diligens inspectio rescripti, subministrabit excipienti.

[2] *c. past de exept.*

Excep-

EXCEPTIONES CONTRA RESCRIptum.

1. Quando rescriptum per surreptionem, vel obreptionem impetratur; tunc taciturnitate veri, & suggestione falsi vitiatur, [b] qua expressa vel tacita, non fuisset obtentum.

2. Quando contra ius diuinum est impetratum, [c] vel contra ius naturæ, [d] vel contra ius positiuum, [e] quod verum est, nisi de illo iure vel canone fieret mentio, per clausulam, *non obstante tali constitutione*: &c. vel nisi prosit impetranti: obsit autem nemini. [f]

3. Quando super re, quæ forum seculare contingit, rescriptum impetratur. [g]

4. Quando in rescripto mandatur alicui, vt excommunicatum absoluat: de cautione verò præstanda, quod pareat mandatis ecclesiæ, non est facta mentio. [h]

5. Quando est cancellatum, rasum, in loco suspecto, [i] veluti in annis domini, in data, [k] secus in narratione facti. [l]

6. Quando secundùm rescriptum, non facit mentionem de primo. [m]

7. Quando in alicuius præiudicium est impetratũ, præsertim, si magna inde iniuria proueniat: parua enim toleratur. [n]

8. Quando rescriptum diuersis manibus est scriptum. [o]

9. Quãdo est generale rescriptum: huic enim, per speciale derogatur. [p]

10. Quando super re iudicata impetratur; nulla facta mentione de ea.

11. Quando clerico non tonsurato impetratur, licèt post modum tonsuretur. [q]

12. Quando impetratur rescriptum absolutionis generale, nulla mentione facta, de articulis specificatis in excommunicatione. [r]

[b] *c. ex parte 6. ex litteris ext. de rescript.*
[c] *c. Sũt quidam. 25. q. 1.*
[d] *c. placuit. 16. q. 6.*
[e] *c. ideo 25. q. 1.*
[f] *c. rescripta. 25 q. 2.*
[g] *c. ex tenore ext. de fo. comp.*
[h] *c. ad hæc. ext. de seq. posſ.*
[i] *c. licet. de crim fal*
[k] *c. cum venerabilis. de rel. dom*
[l] *arg. c. vlt. ext de fid. instr.*
[m] *c. cæterum. ext. eo. tt.*
[n] *c. ex tuarum. ext. de aut. & vs pal.*
[o] *d. c. licet.*
[p] *c. 1. ext eo.*
[q] *c. ex literis ext. de transac.*
[r] *c. cum pro causa. ext. de sent. excom.*

13. Quando rescripta adinuicem sibi contradicunt. [s]

14. Si impetrator, nomen suum taceat. [t]

15. Si nulla mentio fiat in rescripto de processu & serie negotii.

16. Si contra priuilegiatas personas fuit obtentum non facta mentione priuilegiorum. [u]

17. Si impetratum sit ad omnes iudices, vel super omnibus causis, nulla nominata. [x]

18. Si forma & modus dictaminis, secundùm curiam, non est seruatus, v. g. si Papa vocet episcopos, dilectos filios; vel si vni scribat in plurali. [y]

19. Quia est impetratum à monacho, vel canonico regulari, sine consensu superioris, seu abbatis. [z]

20. Quia vitium latini sermonis est commissum: falsa verò latinitas, rescriptum vitiat. [a]

21. Quia impetratum est sine clausula, si ita est. [b]

22. Quia in rescripto, alienæ decimæ confirmantur. [c]

23. Quia rescriptum, de obtinendo secundo beneficio non facit mentionem de primo.

24. Quia vltra vnam dietam, vigore rescripti, quis euocatur, quod non est licitum. [d]

25. Quia delegatus, non est in dignitate ecclesiastica constitutus. [e]

26. Quia non habet viginti annos. [f]

27. Quia causa talis est, quæ delegari nequit. [g]

28. Quia rescriptum, expressit tempus infra, quòd iurisdictio delegati, expirare debet; quo lapso, nequit cognoscere de causa; [h] & hoc verum est, nisi partes ante lapsum termini à delegante præfixi, prorogauerint iurisdictionem.

Plures aliæ exceptiones, contra delegatum iudicem peti possunt ex his, quæ suprà diximus, de exceptionibus contra ordinarium

[s] *si scripturâ ext. de fi. instr.*
[t] *c. ad aures, eo. tt.*
[u] *c. cum ordinem eo.*
[x] *c. nonnulli, eo. tt.*
[y] *c. quam graue, ext. de fi. instr.*
[z] *c. monachi. 16. q. 1.*
[a] *c. ad audientiam ext. eo. tt.*
[b] *c. sedes. ext. eo.*
[c] *c. placuit. § præscriptionum. 16. q. 3.*
[d] *c. statutum. eo tt. in 6.*
[e] *d. c. statutum.*
[f] *c. cum vicesimũ ext. de off. deleg.*
[g] *l. 1. C. qui pro sua iurisdict.*
[h] *c. de causis, de off. deleg.*

narium: veluti quia est suspectus, excommunicatus, multum familiarù, socius, consanguineus, vel quia habet causam consimilem, & quia habet causam cum altera partium. &c.

Diligenter itaque rescripto considerato & perlecto, excipiens ad declinandam iurisdictionem delegati, vtatur tali forma.

FORMA EXCEPTIONVM.

CORam vobis R. D. N. &c. Procurator, & nomine procuratorio R. B. N. Abbatis, citra approbationem iurisdictionis vestræ, personaliter comparens protestatur, quòd in iurisdictionem vestram, si quam fortè in præfato A. habere prætenditis, vigore cuiusdam prætensi rescripti Apostolici sub forma, Ea quæ, &c. pro parte Venerabil. Pl. in N. obtenti, non consentit, nec consentire intendit, sed si qua dixerit, proposuerit, vel allegauerit, quæ iurisdictionem vestram aliquatenus approbare videantur; ila vult habere pro non dictis, & allegatis, de quo solennier protestatur. Et protestatur, quòd coram vobis non comparet, tanquam iudice sibi competenti, sed tanquam persona veneranda, cùm vobis nulla iurisdictio in prædicto A. competat ex vi prædicti prætensi rescripti, prout ex causis & rationibus infra deductis per modum exceptionum clariùs apparet.

Hic inseruantur exceptiones causæ inseruientes, quarum copiã vsus ipse suppeditabit, & diligens lectio eorum, quæ supra de exception. tradidimus, in fine verò exceptionum infradicta adduntur.

Ex præmissis ergò, & quolibet præmissorum præfatus proc. nomine quo supra procuratorio, salua protestatione de non approbanda iurisdictione vestra, petit pervos, & per vestram interlocutoriam sententiam, dici

pronunciari, decerni, & declarari, vos ex causis supradeduct. in exceptionibus, non potuisse nec posse esse iudicem competentem in hac causa, rescriptumque in personam vestram obtentum, fuisse & esse nullum, vel aliâs non valere ipso iure; partemque aduersam, ob indebitum tractum, in causam, præfato A. in expensis, in causa legittimè factis, condemnandam fore, & condemnari, iusticia mediante.

Has exceptiones, causasque legitimas, dictus Pr. dat, facit, exhibet, & producit omnibus melioribus, modo, via, iure, stylo, & forma, quibus potest & debet, petens easdem admitti, aliâs protestatur de grauamine & appellatione, saluo iure addendi, minuen. corrigen. &c. & aliis iuris beneficiis sibi semper saluis. Item petit expensas in lite factas, & protestatur de fiendis.

Exceptionibus in hunc modum porrectis per reum, Actor, vel Proc. eius petat copiam prædictorum, cum termino ad dicendū contra, seu ad replicandum, quæ omnia Notarius à tergo exceptionum signat. Anno, die. Proc. N. oblata citatione legitimè executa, accusauit contumaciam rei in termino nihil facientis. Ex aduerso Proc. D. A. citra approbationem iurisdictionis D. N. obtulit exceptiones in scriptis, in præsentia Procuratoris D. P. petentis copiam, & terminum ad dicendū contra præfigi. Et D. ad p. i. prefixit.

De termino ad Replicandum. C. VI.

IN hoc termino curet pars, non solùm se referre ad allegationes, & exceptiones rei, sed pro sua quoq; parte inducat allegationes prout melius facere poterit. Et si ad duplicandum, triplicandum, quadruplicandum, processerint partes, semper pro se inducant leges & iura, & loco

loco excipiendi, replicandi dicant, duplicando, triplicando, quadruplicando.

FORMA REPLICATIONVM.

CORam & c. Contra quandam prætensam chartam loco exceptionum pro parte D. A. nuper in iudicium vestrum oblatam: Procurator, & nomine procuratorio Domini P. de B. arguit, opponit, replicat, & replicando dicit, quòd dicta prætensa charta, cum contentis in ea, est friuola, impertinens, vaga, non releuans producentem, nec nocens parti contra quā producitur, & aliâs est talis, quòd non obstante vos R. D. potestis, & de iure debetis pronūcciare se iudicem competentem, vestram iustam per interlocutoriam, non obstantibus prædictis friuolis exceptionibus, pro parte prædicti D. A. productis & oblatis, prout ex causis & rationibus in replicando deductis liquidè constat. *Hîc refutentur exceptiones, quæ fuerint per partem aduersam datæ, quibus iuxta subiectam materiam bene reprobatis, & iuribus pro se facientibus allegatis, in fine replicationum scribatur.* Ex præmissis igitur, & quolibet præmissorum, petit dictus Procurator, nomine quo suprà procuratorio, per vos vestramque sententiam interloquutoriam dici, pronunciari, decerni & declarari replicationes (præsertim hic scribatur, super qua replicatione velit pars admitti ad probandum, v. g. quòd dictus N. sit cittatus infra vnam dietam) fore admittendas, ad probandū, ipsisque probatis, non obstantibus prætensis, friuolis exceptionibus, vos iudicem competentem, & coram vobis ad vlteriora procedi, partemque aduersam ob indebitas dilationes, præfato D. P. in expensis cōdemnandam fore, & condemnari, iustitia mediante.

Has replicationes &c. Saluo iure &c. Et protestatur &c.

Huiusmodi replicationibus, in præsentia iudicis oblatis, & notario causæ porrectis, pars aduersa si vult, petat earum copiam & terminum ad duplicandum assignari, aut duplicet verbo, & petat interloqui. Notarius autem sic scribet à tergo replicationum. Sub anno domini &c. die tali, mense tali S. procurator P. & G. obtulit in scriptis has replicationes in præsentia L. procuratoris R. D. A. prout terminus requirebat. Ex aduerso L. prædictus procurator duplicauit verbo petens interloqui, & dominus ad interloquendum terminum præfixit.

De termino ad interloquendum C. VII.

ADueniente termino interlocutoriæ ferendæ iudex poterit suspendere interlocutionem super aliis exceptionibus admittendo saltem vnam: v.g. de dieta: qua probata vel in defectu eius probatiõis super aliis visa opportunitate ad instantiã alicuius partis poterit interloqui in hunc modum.

Seden. pro tribunali interloquen. pronunciamus partes puta A. reum exceptiones, & P. actorem replicationes, quo ad dictam ad probandum hinc inde, fore admittendas & admittimus, super aliis exceptionibus, & replicationibus, aliâs interlocuturi tempore & loco opportunis, in quantum partibus fuerit visum, expen. hinc inde compensan.

Hæc sententia lata, reus poterit protestari de grauamine appellando, quò ad repulsionem aliarum exceptionum, & infrà decem dies appellet in scriptis. Si verò nolit protestari; tunc terminus detur ad ponendum & articulandum in materia exceptionis super dieta, quæ omnia notarius signat.

Anno &c. *Procuratoribus ipsius A. & P. petentib, prout termin us*

minus requirebat interloqui D. interlocutus est in scriptis admittendo partes hinc inde ad probandum reum, exceptiones, & actorem replicationes, quo ad dietam, & statim post interlocutoriam prædictam partib. hinc inde præsentib. terminum ad ponendum, & articul. 8. dies præfixit.

De termino ad articulandum C. VIII.

ALI Quando hunc terminum iudex assignat, vt suprà: aliquando verò pars partem citat ad videndum produci positiones, & articulos pro sua parte inseruientes, & quidem pro parte rei sunt tales,

POSITIONES &c. vt suprà. In primis ponit: & si negatum fuerit, probare intendit, quòd in Regno Poloniæ & diœcesi Cr. & præsertim in t territorio N. dictæ diœces. fuit & est hodie quædam villa G. vulgo nuncupata inhabitata, per homines vtriusque sexus a. 1. 20. 30. 40. an. ac tali tempore, & per tale tempus, cuius initii memoria hominum non existit, & eandem villam inhabitat N. iam à multis annis. Et sic fuit, & est verum tentum, habitum, creditum, reputatum, & hoc tenetur, habetur, creditur, reputatur, palam, publicè, notoriè &c.

Item ponit: vt suprà, quòd dicta villa distat à villa C. medio citra vel vltra milliari Polonico, & eadem villa C. directè transeundo de villaa B. diœcesis Cracoui. fuit & est in finibus diœcesis Gnesnens. & ita videlicet, quòd in eadem villa C. est finis diœces. Gnesmen. & initium Crac. & sic fuit &c.

Item ponit, quod dicta villa distet à Crac. ad quam præfatus N. est citatus 20. milliaribus, quorum quodlibet 4. italica facit, & sic est vltra vnam dietam, & veriùs vltra duos dies, & sic fuit &c. Item ponit, quòd quilibet homo bene sanus communi cursu pro dieta absque læsione absoluit sex milliaria, tempore æstiuali, & tali cursu contentatur, & sic fuit &c.

Item

Item ponit, quòd ex dſpoſitione noui iuris nemo debet euocari ad aliam diœces. vltra vnam dietam c. ſtatutum de reſrc. 6. Item ponit, quòd de omnibus prædictis eſt publica vox & fama. &cætera.

POSITIONES PRO PARTE ACTORIS.

POSITIOnes &c. vt ſup. In primis ponit &c. quòd in Regno Polon. & territorio N. eſt quoddam oppidum N. communiter vocatum a. 80. 90. 100. citra vel vltra annis habitatum ab hominibus vtriuſque ſexus; & ſic &c. Item ponit, quòd prædictum oppidum eſt in limitibus diœces. N. cum Crac. ita quòd dictũ oppidum in ſuis campis eundo de prædicto oppido Cracouiam, eſt finis diœces. G. & initium Crac. & ſic &c. Item ponit &c. quòd prædicti oppidi agri procedentes ſeu extendentes ſe ad Orientem ſeu ad partem illam vbi eſt Cracouia, eundo de G. diſtat infra vnam dietam à Crac. ita, vt vix dictum oppidum, 7. vel 8, milliaribus à Crac. diſtet. Item ponit, quòd de his omnibus ſit publica fama & vox: &cætera.

Oblatis poſitionibus vtraque pars copias petat &c. vel aliquando procuratores loco petitionis ad dicendum contra, petunt terminum, *ad faciendum ea quæ iuris fuerint.*

OBLATA, *Anno &c. Proc. A. rei & B. actoris articulos produxerunt, & alter alterius copiam petiit cum termino dicẽdi contra, & D. præfixit ad p.*

De termino ad dicendum contra articulos C. IX.

IN hoc termino exceptiones fiunt cõtra articulos verbo, vel in ſcriptis, vt ſupra tradidimus, & tandem fit interlocutoria partib. petentibus, quæ notarius ſignat.

Anno &c. Procuratores generaliter verbo, alter contra alterius

terius poſitiones exceperunt allegantes eſſe inadmiſsibiles, & petierũt hinc inde interloqui, & D. obtulit ſe p. i. interlocuturũ.

INTERLOCVTORIA. Sedẽtes pro tribunali interloquendo pronunciamus, hinc inde articulos, tam pro parte A. quam P. coram nobis oblatos fore admittendos, & admittimus, terminum ad reſpondendum hinc inde aſsignan.

Notarius ſignat. Anno &c. Prædicti proc. comparentibus & petentibus ſuper exceptionibus verbalib. interloqui D. interlocutus eſt, admittendo hinc inde artic. &c.

De termino ad reſpondendum C. X.

ABunde dlocuimus ſuprà, qualiter ſint formandæ reſponſiones, quæ breuiter ſic concipiuntur. Reſponſiones infraſcriptas A. *Pr. ad poſitiones & articulos* B. dat, facit, exhibet &producit, & p. quò ad 1. & 2. dicit eſſe veras, ad 3. & 4. non credit &c. Hs omnibus ex vtraque parte factis procuratores videant, an ſufi cienter ſit reſponſum, & ſi viſum fuerit, poſſunt excipiendo ontra reſponſiones replicare, vel etiam eaſdem approbare: & iudex tanquam ſufficientes reſponſiones admittet, vel reiicic, ſi erunt inſufficientes: quæ omnia notarius ſcribit. *Anno &c. Pr. N. hinc inde comparuerunt, & in termino reſponderunt ad articulos in ſcriptis, & procuratorib. approbantib. hinc inde reſponſiones D. ad probandum articulos, hinc inde negatos præfixit terminum ad 8.*

De termino ad probandum articulos negatos C. XI.

EX aliis nouem modis probationis faciendæ efficax eſt, & frequens inductio teſtium, qui ſi inducentur in hoc termino; tunc inducens ſic dicat. *R. P. Hi ſunt teſtes legittimè ci-*

tati, super quo offero citationem debitè executam, & peto eos ad iuramentũ admitti, & iuratos super negocio examinari. Hęc acta notarius signat. *Anno &c. A. ipsius B. & C. ipsius D. Procuratores oblatis citationibus legittimè executis, iuxta consuetudinem patriæ, A. B. C. D. testes, prout terminus requirebat, pro prima dilatione, aliis renunciando sunt inducti, & D. receptis iuramentis, à prædictis testibus cõmisit mihi notario examen ipsorum, procuratoribus hinc inde facientibus protestationes de excipien. contra testes, & dicta ipsorum, & quod non examinentur, nisi secundum interrogatoria per eos danda, quæ in continenti obtinuerunt.* Reliqua omnia circa testes fiunt, prout supra diximus.

De publicatione testium C. XII.

POst examen testium, & renunciationem vlterioribus dilationibus, sequitur publicatio; pro qua seruatur terminus, ad videndum & audiendum publicari testes; & consentientibus partibus, publicatio fit; quam signat notarius.

Anno &c. Procur. N. citato Pr. L. petiit sibi publicari dicta testium, & hinc inde procuratoribus vlteriori dilationi renunciantib. D. publicauit, & copias attestationum decreuit partibus fieri, terminumq; ad dicen. contra vel excipien. præfixit.

Quo termino adueniente exceptiones fiant, vt suprà, & notarius scribit. *Anno &c. N. Pr. D. Pl. & A. Pr. D. A. exceperunt generaliter verbo, vnus contra alterius testes, vel dicta ipsorum dicentes, testes esse singulares in suis testimoniis, & alias sibi ipsis contrarios, aliisque testib. diuersos, & alias tales, quod ipsis fides non sit adhiben. peten. hinc inde interloqui: & D. obtulit se interlocuturum p. i.*

INTERLOCVTORIA. Sedendo pro tribunali, interloquẽdo pronunciamus, replicationes pro parte Pl. quòd infra

infra vnã dietam, à fine diœces. D. Abbatem, vigore rescripti Apostolici ad præsentiam nostram traxit in causam, fuisse & esse sufficienter probatas. Et ob hoc non obstan. friuolis exceptionibus, pro parte D. A. iurisdictionem nostram fundando, nos iudicem competentem, & coram nobis, in causa ad vlteriora procedi debere, & proceden. esse. Ratione que indebitæ protractionis causæ, prædictũ, D. A. condemnamus in expensis, ipsi Pl. quarum taxationem, in posterum nobis reseruamus.

ACTVS Anno &c. *Procuratoribus peten. hinc inde interloqui prout terminus requirebat: D. interloquutus est in scriptis pronuncian. replicationes fuisse probatas. Et repulsis exceptionibus D. A. pronunciauit se competen. iudicem. Et in cõtinẽti dictus Pr. D. A. protestatus est de grauamine appellãdo.*

APPELLATIONIS FORMA.

COram vobis Reueren. D. N. &c. Ego A. de N. Proc, D. A. animo & intentione appellan. propono, allego, atq; dico, quòd quamùis coram vobis iudicialiter exceptiones de iure admissibiles produxerim & obtulerim, in quib. deduxi, quomodo vos de iure iudex esse non potuistis, nec potestis vigore rescripti Apostolici in personã vestram impetrati, per Ven. Pl. in N. Diœc. Crac. aduersarium in hacc causa, pro & ex eo, quia dictus Pl. præfatum D. N. vltra vnam dietam à fine suæ Diœcœsis ad præsentiam vestram traxit in causam, prędictasq; exceptiones sufficienter per testes idoneos probauerim; vos tamen prędictis (vestra reuerentia semper salua) non attentis in fauorem (prout præsumitur) aduersę partis, contra iuris dispositionem, prędictas meas exceptiones repulistis, & reiecistis, vestram per interlocutoriam talem qualem, si

dici meretur, quam in scriptis tulistis pronunciando vos iudicem competen. mandantes coram vobis sub pœnis excommunicationis, ad vlteriora in causa procedi, præfatum D. A. in expensis condemnan. Vnde ex præmissis & quolibet præmissorum sentiens præfatum D. A. cum suo monasterio, & me grauatum à prędictis omnibus, vezt, à repulsione exceptionum, condemnatione expensarum, & interlocutoria vestra, contentisq; in ea, ac â sententiis excommunicationis per vos comminatis, fulminatis, vel fulminandis ad SS. in Christo Patrem, Dominum Paulum, Diuina prouidentia Papam V. & Sacrosanctam Rom. Ecclesiam, Sedemque Apostolicam in his scriptis prouoco, & appello, & Apostolos primò instanter, secundò instantiùs, tertiò instantissimè à vobis R. D. vel si quis est, qui mihi eos dare velit, & possit, & mihi super eadem appellatione responderi, vel saltem à te Notario publico literas testimoniales, &c. vt suprà

De vlteriori processu coram Delegato.
C. XIII.

QVia metu censurarum, pars appellans, cogitur inuita ad vlteriora procedere: ideò in vlteriori processu pars appellans protestetur, quòd nolit recedere, à sua prima appellatione, à se interposita: & diligenter aduertat, an possit habere aliquas exceptiones dilatorias. Vsum exceptionum suppeditabit titulus superior, de exceptionibus. Maximè verò exceptio incompetentiæ obest iudici delegato: *ob suspicionem domesticitatis, consilii, cum parte aduersa communicationis, consanguinitatis:* quarum si aliqua competet appellanti, in vlteriori processu, ea vtetur protestatione priùs facta, de non consentiendo in iurisdictionem eius,

FORMA EXCEPTIONVM APPELLANTIS

CItra approbationē iurisdictionis vestræ R. D. Pr. R. D. A. personaliter comparens protestatur, quòd in iurisdictionem vestram (si quam forte in præfato D. A habere prætenditis vigore prætensi cuiusdam rescripti Apostolici per N. in personam vestram obtenti, non consentit, nec consentire intendit: sed si quæ dixerit, proposuerit, allegauerit, quæ iurisdictionem vestram aliquatenus approbare videantur, illa vult habere pro non dictis & allegatis, de quo sollenniter protestatur: cùm vos nullo modo iudex, præfati D. A. esse potestis, ex causis violentarum suspicionum; prout ex infra deductis in modum articulorum clarissimè constat.

Et inprimiss ponit, asserit & dicit, & si negatum fuerit, probare intendit, *quòd præfatus N. Pl. fuit & est vester nepos &c.* Quem etiam tanquam consanguineum, speciali affectione & charitate prosequimini. Et de isto habetur apud homines graues & leues status, fama communis, assertio, & opinio. Et sic fuit. &c. Idem dicit, quòd communis opinio habetur, quòd D. Pl. antequam rescriptum in personam vestram obtinuit, habuit à vobis consilia, super impetratione rescripti, & meritis causæ. Et sic per vos informatus, rescriptum in personam vestram obtinuitit. Et vt præsumitur à vobis, (vestra reuerentia salua, & absque iniuria loquendo) informationes habuit, & hucusque in eadem causa recipit. Et sic fuit. &c. Item ponit, quòd est communis fama, quòd vos ex singulari amore, quo prosequimini dictum P commmunicatis eidem secreta consiliorum vestrorum, & pro secretario eundem tenetis & habetis.

Item ponit, quòd de prædictis est communis vox, quòd se probaturum procurator legitimis documentis offert.

Ex præmissis igitur & quolibet eorum salua protestatione

de non approbanda iurisdictione vestra, petit procur. prædictas exceptiones suas, articulatim deductas, secundùm iuris dispositionem, coram arbitris eligendis, ad probandum admitten. fore & admitti, & prædictum N. præfato D. A. in expensis ob indebitum tractum in causa condemnandum fore & condemnari, ab impetitioneque sua D. A. absoluendum & absolui iustitia mediante. Has exceptiones &c. saluo iure &c. Et protestatur. &c.

OBLATA Anno &c. *Pr. D. A. facta protestatione de non approbanda iurisdictione, obtulit exceptiones, contra iurisdictionem, in personam D. deducens ipsum sibi, & parti suæ, esse suspectum: ex aduerso N. Procuratore Pl. peten. copiam & terminum ad dicendum contra: & D. præfixit ad p. i.*

OBSERVATIO Ne pars dilatoriis exceptionibus differat cognitionem causæ, potest iudex ei mandare, quatenus in vno termino, omnes dilatorias exceptiones proponat certiorando, eandem se nolle amplius audire eius exceptiones ni in termino præfixo proponãtur: quo adueniente notarius signat.

Anno &c. *A. Pr. iuxta exigentiam termini comparens personaliter renuntiauit aliis exceptionibus dilatoriis: saluis exceptionibus, vltimo loco productis, super recusatione Domini, ex causis suspicionis. Et statim eodem iudicio duran. Pr. D. Pl. obtulit replicationes in scriptis.*

REPLICATIONES PRO PARTE *impetrantis.*

COram vobis &c. Pr. contra quandam chartam prætensam, loco exceptionum, pro parte D. A. nuper in iudicium vestrum causa diffugii, & iustitiæ suppriméndæ, malitiosè oblatam, arguit, opponit, replicat, & replicando dicit &c. vt suprà.

Et 1.

Et 1. descendendo ad p. exceptionem articulatim deductam, quæ sic incipit, & in qua deducit, quòd obstante consanguinitate &c. ad hoc replican. dicitur, quòd dictus excipiens, in hoc non sit audiendus, ex quo gradus consanguinitatis non specificat, videlicet, quoto gradu attineat. Et posito non tamen concesso, quòd adducta obstarent, adhuc replicans, non credit esse vera; nisi legittimis documentis probentur.

Ad 2. quæ incipit &c. replican. dicitur, non esse credendum huic excep. nisi probetur.

Ad 3. similiter dicit, non esse credendum, cùm falsè omnia dicantur & causa diffugii. Ex præmissis igitur.

OBLATA, Anno &c. *Pr. N. Pl. contra exceptiones dilatorias D. A. obtulit in termino hodierno replicationes, deducendo dictas exceptiones inadmissibiles esse, & falsas, petiitque vtraque pars, super materiis productis interloqui. Et D. obtulit se interlocuturum p. i.* qua lata notarius signat.

Die &c. *Comparentibus procuratoribus, & petentibus interloqui, prout trminus requirebat, D. verbo interloquendo repulit exceptiones pro parte D. A. oblatas. Et incontinenti Pr. D. A. protestatus est de grauamine & appellando. Præsent.*

Appellationis forma eadem seruetur, prout supra.

De reuocatione sententiæ interlocutoriæ & restitutione in locum grauaminis.

C. XIV.

MOs iudiciorum inoleuit, vt ad libitum iudicis possit reuocatio fieri sententiæ interlocutoriæ: [a] cui etiam aliquando iudex vsque ad ferendæ sententiæ calculum, potest aliquid addere, vel minuere. Quamùis enim sententia interlocutoria, quoad partes in iudicatum transeat: tamen aliter est, quò ad

[a] *dd in c. cum cessante de app. Dec. in cons. 84 & supra c. 37.*

[b] Præpos. in c. 1. 2. q. 1. Inst. in l. quod iussit n. 46. ff. de re iud.

quò ad iudicem: [b] & hanc differentiam esse inter sententiam definitiuam. Consueuit autem reuocari hæc sententia, per solitas repositiones, quibus etiam quotidie solent iudices Curiæ [c] Romanæ, suas interlocutorias reuocare, & partem appellantem, in pristinum statum reponere, de quo meminit Rota, [c] & Vestrius. [d] Potissimum verò, in termino Apostolorum dandorum, seu responsiones super appellatione, iudex potest talem responsionem facere. *Cuius praxis est talis.* Petente appellante apostolos, si iudex vult restituere grauatum; tunc mandabit partem aduersam citari. Termino verò adueniente, reponatur pars grauata in pristinum statum: & denuò interloquatur iudex, super exceptionibus partis, admittendo easdem. quarum probationem, præsertim in causa suspicionis, coram arbitris, per partes deligendis, vel in euentu dissensus, per iudicem assignandis fieri mandare debet, addens & hoc, quòd in defectu probationum, vel si intra assignatum tempus, causa recusationis, non fuerit finita intra coram arbitris, velit in causa procedere in principali: & hæc commissio fit in scriptis, quæ omnia notarius signat.

[c] Dec. 445. in ant. nota si auditor de admiss. [d] art. & interl. de c. 1. lib. 7. n. 16.

ANNO Die, &c. *Procuratore D. A. in præsentia R. D. N. comparente & apostolos petente, prout terminus requirebat, Dominus ad pronunciandam suam voluntatem, fecit citari Pr. N. P. & ipso citato comparente reposuit D. A. in locum grauaminis, reuocando sententiam, à qua fuit appellatum, & denuo interloquendo, admisit exceptiones, quarum probationes, coram arbitris, per partes deligendis, vel in euentu dissensus, per se assignandis fieri mandauit. Et quia partes discordarunt, super electione arbitrorum: ideò R. D. assignauit R. Iacobum Ianidlouium, & Ioannem Waclauouium I. V. D. præfigendo terminum duorum mensium, ad probandas dictas exceptiones, aliàs in defectu probationum dixit se velle in causa procedere.* Præsentibus. &c.

De sub-

De subdelegatione arbitrorum. C. XV.

DElegatum principis subdelegare posse, diximus suprà. [a] Maximè autem id fit in causa suspicionis: quia nemo potest esse causæ suæ iudex, & quia iniuriam pateretur pars, si eius exceptiones repellerentur, appellatioque in hoc casu haberet locum. [b] Et quoties suspicio allegatur, melius faceret iudex, si statim subdelegaret: quia post interlocutoriam, forsan non esset locus repositioni; vt communis opinio habet, [c] quamuis aliter seruari in praxi dixerimus. Verùm quia suspicione iudicis prolata, detegitur iniquitas eiusdem; ideò communis opinio, subdelegationem statim fieri suadet: hoc enim casu repositio, non procedit, [d] sicut idem dicitur in interlocutoria bis confirmata. [e]

[a] vt sup. de proc. eo. del.

[b] c. Significantibus de off. del. vbi abb. & c. super eo. not. 1. de app.

[c] Alex. & Ias. [d] l. quod iussit [d] Abb. in c. cum oporteat de accus.

[e] Alex. cons. 99 vol. 5.

FORMA SVBDELEGATIONIS,

NIcolaus &c. vt supra R^dis. D. I. de B. & I. de C. I. V. DD. Salutem in Domino. Litteras SS^mi. D. N. Pauli Papæ V. pro parte Venerabilis Domini Pl. in N. Diec. Crac. coram Notario & testib. in actis nostris descriptis, nos cum ea qua decuit reuerentia, recepisse noueritis, huiusmodi sub tenore. Inseratur tenor rescripti. Vigore quarum literarum vocato & citato R. D. A. & suo monasterrio, ad instantiam prædicti Pl. ad præsentiam nostram processimus ad nonnullos actus iudiciarios successiuè, & tandem per N. Procuratorem prædicti D. A. exceptum extitit contra iurisdictionem, & de suspicione personæ nostræ, ac aliis in exceptionib. contentis. Et quia secundùm iuris dispositionem, in proprio facto iudex esse non possumus, cùm iuxta decreta legum nullus sibi ius dicere potest, indignum siquidem est aliquem suę rei

iudicem fieri, propter quod admisimus prędictas partes per nostram interlocutoriam, ad deligendum arbitros idoneos, qui fideles in dictis exceptionib. valeant probationes recipere testium, & ipsis receptis quod iustum est decernere. Et quia prędictę partes super electione arbitrorum dictorum discordes fuerunt, & discordabant: Nos litibus finem imponere volentes, & de vestris legalitate & industria in Domino plurimùm confiden. ex officio nostro, vestras Reuerentias ipsis partib. in arbitros elegimus. Mandan. vobis in virtute sanctę obedientię, & sub excommunicationis pœna, quatenus receptis actis coram nobis acticatis, quę vobis per Notariũ causę propter vicinitatem loci dirigimus, ac die datę presentium probationes testium, & aliâs quib. dictus excipiens voluerit vti, infra duos menses recipere curetis, & quod iustum fuerit vestram per interlocutoriam, vtpotè si visum fuerit, causam prędictam ad nos remittentes, vel nos iudicem competentem non posse pronunciando fine debito decidatis. Testes verò, qui nominati fuerint, si se gratia, timore, odio, vel amore subtraxerint, censura simili appellatione cessante, compellatis veritati testimonium perhibere Dat: &c.

De præsentatione subdelegationis. C. XVI.

EX his quæ de rescripti præsentatione, seruari diximus, facilè quisque informari potest, qualiter in præsentatione Subdelegationis procedendum sit. Subdelegatis igitur præsentata subdelegatione, in præsentia Notarii, Commissarii decernent citationem contra testes, quem actum præsentationis sic inscribit Actuarius. *Anno, die, &c. In Collegio DD. I. C. studii generalis Crac. in stuba R.D. N. Procurator R.D. A. &*

Proc. Ven. D. Pl. personaliter constituti in præsentia R. D. N. Commissionem & acta coram præfato R.D. N. acticata in octo foliis conscripta præsentarunt, præfatiq; Domini DD. recepta prædicta commissione & actis, cum debita reuerentia, tanquam filii obedien: citationem contra testes prædicto proc. R.D. A. per eundẽ Pr: nominandos decreuerunt terminũ assignan: ad 8. d.

De inductione testium C. XVII.

COmparentibus testibus pr. petat eos admitti: ab alia verò parte protestatio fiat de excipiendis contra personas, & dicta testium, & quòd non examinentur; nisi iuxta interrogatoria. reliqua fiant, vt suprà de testibus.

De vlteriori processu coram arbitris C. XVIII

QVæ de tribus dilationibus circa testes antè dicta sunt, hęc omnia coram arbitris seruantur: si tamen pro prima dilatione inducns renunciauerit vlteriori inductioni; tunc post receptionem examinationem petat producens interloqui: ex aduerso pas petat publicari dicta testium, copiamq; decerni, cum termino ad excipiendum contra testes: qua petitione admissa, notarus scribit: *Anno die &c. Pr. R.D. A. comparẽs coram R. D. Commiss. renunciando vlteriori inductioni testium petiit interloqui. Ex aduerso Pr. D. P. petiit sibi publicari dicta testium: & Domini publicatis attestationibus copiam decreuerunt partibus præfigendo terminum ad excipiendum.*

Quo termino adueniente diligenter pars curet formare exceptiones iuxta tt. de excep. *Si autem in termino nihil fecerit;* tunc aduersa pars partis contumaciam accuset, & petat in contumaciam interloqui. In hoc passu, quando pars destituitur specialibus exceptionibus, consueuit excipere generaliter verbo dicens, nulliter deposuisse testes. In contrariũ rursum pars

dicit bene depoſuiſſe & in continenti ambæ partes petunt interloqui. Huic petitioni arbitri deferentes aſsignant terminum ad interloquendum

De interlocutoria vim deffinitiuæ habente C. XIX.

HÆC EST natura interlocutoriæ vim deffinitiuæ habentis, quòd licèt principale negotium non deffiniat, aliam tamen poſt ſe ſententiam non expectat. [a] Et ideo à tali ſententia ſemper appellandum eſt, quæ eo etiam differt à ſententia mera, quòd ſemper cauſæ grauaminis ſunt exprimendæ, quando ab hac appellatur; idque infra decem dies: aliàs enim tranſiret in rem iudicatam. [b] ab illa verò quando appellatur, non eſt neceſſe cauſas exprimere, [c] vt ſuprà de deffinitiua dixi. Cæterum vtile eſt ſcire, quæ ſint interlocutoriæ vim deffinitiuæ habentes, & quomodo cognoſcantur, cuius rei exempla adduci poſſunt ex Felino. [d] Et primò quidem ſententia competentiæ iudicis, habet vim deffinitiuæ, & iuxta communem vocem ſcribentium poteſt ab ea appellari. [e] Similiter ſententia abſolutionis ab inſtãtia ſeu obſeruatione iudicii, deſertionis, attẽtatorũ, reuocationis, de procedẽdo, vel nõ procedendo in cauſa. [f] Idem dic de ſententia, ſuper exceptione peremptoria lata, V. g. ſi iudex dicat electum parti defectum, [g] in ſcientia, ætate, moribus, natalibus &c. Sententia quoque ſuper eo lata, quod ſibi iuriſdictio non competat, [h] ſuper apoſtolis, ſuper taxatione expenſarum, deffinitiuæ vim habet. Et quando tales ſententiæ fiunt, ſemper in ſcriptis ferũtur. Quod ideo adnotauimus, quia regulariter interlocutoria nõ fertur in ſcriptis, [i] ſed ad ſcripturã in actis redigi debet, vt Iaſon voluit. [k] Hoc quoque proprium habet hæc ſententia, quod ſiue bene ſiue male feratur, iudex eam reuocare nequit, cùm dicatur functus eſſe ſuo officio. [l]

a *ita Aut. Butr. c. 1. de re iudic.*
b *Soc. cons. 45. lib. 1. Aug. cons. 217.*
c *Abb. in c. per uenit col. 2. de app.*
d *in rub. de re iud. & arer. conſ. 20.*
e *Curt. in l. ex quocunq. n. 24. ff. ſi quis voc. in ius non ierit.*
f *Nic. Grau. in add. ad pr. Veſ. lib. 7. c. 3. n. 46.*
g *c. cum in cunctib. de Elect. arg. c. ſignificantib. de offici del.*
i *gl. c. vlt. de re iud. in 6. & c. quoniã de prob. ver. interlocutiones.*
k *l. nec quicquã. ff. de off procons.*
l *dd. in c. cum ceſſante. de App.*

FORMA INTERLOCVTORIÆ

NOS I. de B. & I. de C. I. V. DD. arbitri per admodũ R. D. N. &c. autoritate apoſtolica deputati, ſedentes pro tribunali interloquendo pronunciamus, exceptiones pro parte D. A. oblatas iudicialiter corã præfato R. D. N. contra iuriſdictionem ſuam in perſonam ipſius de ſuſpicione, & aliis cõtẽtis in eiſdẽ exceptionib' fuiſſe & eſſe ſufficiẽter probatas: & ob hoc obſtãtib' dictis exceptiõ. præfatum R. D. N. non potuiſſe nec poſſe eſſe iudicem competentem in cauſa, quam Vener. Pl. in N. prædicto D. A. intentauit autoritate antedicta, coram præfato RD. prædictumque D. P. præfato D. A. in expenſis in lite factis à principiio cauſæ condemnandum fore, & condemnamus: quarum expenſarum taxationem nobis in poſterum reſeruamus. Lata & lecta eſt hæc ſententia interlocutoria per mẽ &c. de conſenſu D. I. coarbitri præſentis cauſæ.

NOTARIVS SIGNAT *Anno die &c. in collegio DD. I. C. in ſtuba R. D. N. procur. R. D. A. in præſentia D D. perſonaliter comparens per eoſdem D. D. interloqui petiuit. Et hinc inde petentibus præfatus D. I. de conſenſu & voluntate D. I. ſui coarbitri interloquutus eſt in ſcriptis pronunciando exceptiones pro parte R. D. A. ſuper ſuſpicione R. D. N. fuiſſe ſufficienter probatas, & ipſis obſtantibus præfatũ D. N. non potuiſſe, nec poſſe eſſe iudicem competentem, in cauſa prædicta: condemnan. D. Pl. in expenſis prædicto D. in lite factis: reſeruantes ipſarum taxationem in poſterum. Procuratore D. P. proteſtante de grauamine & appellando.* Præſentibus. &c

APPELLATIO,

COram vobis R. D. & honorabili b. viris, hic aſtantibus

bus & præsentibus, & te notario publico, tanquam persona authentica & fideli, ego N. Pr. Venera. D. Pl. animo & intentione appellandi propono, allego & dico: quòd quamùis R. D. N. Reuerendis D. I. de B. & I de C I. V. DD. per ipsum arbitris deputatis, super quibusdam prætensis friuolis exceptionibus, pro parte R. D. A. contra iurisdictionem suam, in personam ipsius, coram ipso iudicialiter productis: in quibus quædam de suspicione ipsius R. D. A. quomodo esset suspectus, ratione consanguinitatis, consiliorum admissione, & aliis in eadem prætensa exceptione deductis, prædicto D. A. in causa vertente inter venerab. D. Pl. in N. actorem, ex vna, & prædictum D. A. reum partibus ex altera: authoritate Apostolica non plus, quam nudam & singularem examinationem testium, super causis suspicionis, in dictis exceptionibus contentis, & pronunciationem, an ipse possit esse iudex competens in prædicta causa aut non, ex probatione dictarum prætẽsarum exceptionum commiserit, vel aliâs subdelegauerit: præfati tamen domini DD. (ipsorum reuerentia semper salua) excedentes metas suæ commissionis, aliâs subdelegations, exceptiones fuisse probatas, & obstantib. probationibus dictarum exceptionum R. D. N. non potuisse nec posse esse iudicem competentem, tanquam suspectum, pronunciarũt, præfatumque D. P. in expensis prædicto D. A. condemnarunt, quòd nunquam fuit eis commissum. Vnde ex præmissis &c. vt supra in for. appel.

Notarius signat: Anno &c. *Pr. Venerab.* D. Pl. in stuba R. D. I. &c. in præsentia R. D. DD. prædicti *D. Pl. insinuauit & notificauit* ipsis appellationem interpositam ab interlocutoria ipsorum *lata pro parte D. A.* & contra prædictum D. P. petens

tens apostolos. Et præfati D. DD. *responderunt velle deliberare super eisdem infra terminum iuris.*

Hic processus subdelegatorum, licèt in appellationis forma impugnetur, propter excessum mandati; tamen de iure sustinetur: cui enim committitur principale, eidem & accessorium: & proinde refutatoriis apostolis datis, taxatio expensarum fiat iuxta infrascripta.

De processu iudiciario, in *Tertia instantia, in principali negotio appellationis. C. I.*

SVperior processus seruatur coram Delegato ante assumptam iurisdictionem. *Est* autem alter processus post fundatam iurisdictionem: quæ quidem non finitur nisi sententia lata, & executioni mandata: [a] vel nisi per legittimam appellationem iurisdictio eius suspendatur. Porro iisdem terminis tertiam instantian constare, prout & primam, ac secundam, tradidimus suprà: [b] in qua, quoties iurisdictione fundata terminus ad libellandum partibus datur, vel quoties pars partem adcitat, *Ad producendum, & produci videndum libellum appellatorium, & ad dicendam, & excipiendum, si quid verbo, vel in scriptis contra huiusmodi libellum dicere, & excipere voluerit, nec non ad respondendum eidem in quantum libellus existat, litemq; de super contestandum*: toties appellans formabit libellum instar Hypotetici Syllogismi, impugnando scilicet partis aduersæ processum, & ex eo sequutam sententiam, & iustificando appellationem ab eadem sententia, petendo sententiam pro se ferri; vel latam in prima aut secunda instantia confirmari: sententiam verò contra se latam cassari, annihilari, &c.

[a] *c. in literis de off. del.*

[b] *vt sup. c. 7.*

Cuius

Cuius rei forma data est suprà, in libello conuentionali appellationis summariè, & nunc in articulato subiicitur. R. D. *Impugnando partis aduersæ processum, & ex eo sequutam sententiam deffinitiuam, & iustificando appellationem ab eadem sententia, in causa & occasione Decimarum post omnes agros, &c. in villa N. excrescentium, per Ill. D. A. lata, in tempore interpositam, Procur. & eo nomine V. P. principalis appellantis, pro summaria informatione ponens, & infrascriptos articulos, ac contenta & descripta in eisdem, coniunctim & diuisim narratiuè & dispositiuè dat, facit, & exhibet. Quibus singulariter singulis partem aduersam per verbum credit, vel non credit simpliciter, vel medio corporali iuramento responderi petit, negata saltem necessaria se probaturum offert, & protestatur, &c. In primis Procur: nomine quo supra: Omnia & singula acta actitata, literas, scripturas, instrumenta, testimonia, in causa huiusmodi in p. i. & 2. i. gesta, facta, & producta, quatenus pro sua parte, vel contra aduersam partem faciant, repetit & pro repetitis habere vult, & intendit, de quo solenniter protestatur. Ex quibus sic repetitis, & maximè ex erectione Ecclesiæ, & libro beneficiorum, &c. clarè constat, dictam villam N. esse sub Parochiali Ecclesia N. cuius ad præsens est legittimus possessor V. P. de iureq; communi spectare, & spectasse dictas decimas ad eundem V. P. quòd sic fuit, & est verum &c. Hîc ponantur aliæ positiones causæ inseruientes. Item ponit quòd in p. i. reconueniendo R. D. A. rationes legittimas dedit, ex quibus ius percipien: decimas ad V. P. spectet, easdemq; testibus iuratis, & documentis literatoriis plenè & sufficienter probauit. Quibus & aliis causis animum suum permouentib. Iudex ordinarius motus, non obstan. friuolis partis aduersæ allegationibus, pro parte V. P. & in fauorem eius Ecclesiæ, benè & legittimè sententiam tulit. Item ponit R. D. A. vt ex actis p. i. constat ab eiusmodi sententia ad Ill. D. A. temerè & friuolè appellasse. Item ponit, & ex repetitis constat, Quòd memoratus Ill. D. A. iudex appellationis, non attento eo, quòd dictæ decimæ intra fines & limites Ecclesiæ Paroch. consistant, & de iure communi pertinent, & pertinere debent, & aliis supradictis rationibus, quæ de iure erant meritò attendendæ sententiam deffinitiuam, si ita dici meretur, pro parte: & in fauorem R. D. A. & monasterii sui iniquè & iniustè tulit.*

Item ponit: quòd ab eiusmodi iniqua sententia ad S. Apostolicam V. P. in tempore appellauit, & literas Commissionis à SS. D. N. obtinuit, & de his omnibus est publica vox, & fama. Quare cùm præmissa vera sint, petit Procur. nomine quo supra, per vos R. D. N. iudicem Commissarium tertiæ instant. quatenus cognito, quantum de præmissis sufficit, pronuncietis, decernatis, &c. vt sep. in Libell. Reconuentionali Appellatorio. Et ideò sententiam deffinitiuam iudicis p. i. approban: confirmandam & canonizandam. Sententiam verò iudicis 2. i. annihilan: cassan: & retractan: ac parti aduersæ occasione præmissorum perpetuum silentium imponen: ac in litis expensis per omnes instantias factis condemnan: fore: approbari, confirmari, canonizari, cassari, retractari, imponi & condemnari petit, iustitiæ sancta mediante. Saluo &c. Et protestatur. &c.

In eodem qquoq; termino potest appellatus pro parte sua libellum porriggere, petendo confirmari sententiam, & pronunciari benè processum, & pronunciatum, malè verò appellatũ: vel si non plenè obtinuerit pro se sententiam in p. i. aut secunda; tunc petat eandẽ suppleri, & potest concipere libellum iuxta præmissam formam mutatis mutandis, vel iuxta libellum in secunda instantia conscriptum. Si autem nihil noui habeat appellans pars, vel appellata, præterquam quod in actis prioribus deductum sit, tunc simpliciter acta repetãtur, & appellans

dicat, quatenus pro se faciant, petendo eis attentis sententiam à qua, &c. annullari, cassari, retractari: appellatus verò sententiam petat confirmari, canonisari. Prædicto modo libello oblato, vel actis repetitis, iurabitur de calumnia: [c] deinde terminus dabitur ad ponendum, & successiuè ad probandum demum ad producendum omnia, & ad dicendum contra producta: ad extremùm, ad declarandum, & ad dicen: contra declarata. ex quibus omnibus iudex informabit animum suum, & secundùm quod sibi iustum visum fuerit, sequens legum vestigia pronunciabit in hac, vel simili forma.

[c] c. 2. de inr. cal. in 6.

In Christi nomine, &c. in causa appellationis coram nobis ex commissione Apostolica vertente, per & inter, &c actis, acticatis, tàm huius, quàm primæ, ac secundæ instantiarum attentis, dicimus, decernimus, pronunciamus & declaramus per Ill. D. N. iudicem primæ instantiæ huius causæ, iustè, & benè, & sanctè, inter partes præfatas fuisse & esse processum, pronunciatum, & definitũ, malè verò & iniustè occasione appellationis à iudice 2.i sententiatum, beneq; à tali sententia appellatum, & ex eo dicti D. N. iudicis p. i. sententiam fuisse & esse confirmandam, & approbandam, sententiam verò iudicis 2.i, annihilandam, cassan: & retractan: & appellantem appellato in expensis condemnandum, prout confirmamus, approbamus, cassamus, annihilamus, & condemnamus respectiue, expensarum moderamine reseruato.

Natura 3.ae instantiæ.

Ea autem est natura tertiæ instantiæ, quod succumbens in duplici appellatione, non potest tertiò appellare, super eisdem articulis. [d] Iura enim non præsumunt, quod quis toties grauetur in vna eadem causa: & proinde in hoc casu, ad taxationem expensarum, & sententiæ effectualem exequutionem, procedendum erit.

[d] vt sup. de App. c. ne lice. in vna eadem cau. & 2. q. 6. § post secundã

De liqui-

De liquidatione fructuum & expensarum taxatione. C. II.

Liquidatio fructuum ac interesse regulariter fit circa executionem sententiæ: & hoc ideò, quia iudex non potest quidquam executioni demandare, de quo sibi non constat: [a] cùm etiam in prolatione sententiæ, super interesse nullam quantitatem exprimat, sed omnium accessoriorum æstimationem per illam clausulam sibi reseruat. *Taxatione nobis in posterum reseruata.* Condemnato ergò aliquo ad pecuniam, vel ad aliud, quod per pecuniam soluendum est, vt sunt expensæ, interesse, vel ad alia quæ in numero, pondere, mensura, consistunt; tunc victor cedulam expensarum conscribat, partemq; citari faciat. *Ad videndum taxari, & moderari omnes & singulas expensas pro parte N. in tali causa habitas, & factas, & litteras executoriales decerni.* Termino verò adueniente, sub tali forma declarationes expensarum porrigat. *Coram vobis &c. Procur: N. declarationes expensarum infrascriptas, dat, facit, exhibet, & producit, secundùm quas petit expensas per ipsum factas in causa taxari.* Hic scribantur omnes expensæ causa litis factæ. Porrecta verò hac cedula designationis expensarum, iudex taxat expensas & moderatur: cui taxæ, si non assenserit victa pars, tunc post taxationem iudicis, iuramentum victori ddefertur, *quod tantum & vltrà fuit expensum*, [b] alias simili iuramento non succedente taxatio esset de iure nulla, [c] quæ omnia Notarius actis inscribet. Cæterùm in condemnatione expensarum, non tantùm ipsæ expensæ veniunt, sed etiam damna. Et licèt strictè vocabulo accepto, damnum dicatur patrimonii diminutio: [d] quo nomine expensæ non veniunt, quas propria voluntate quis facit, licèt fortè coactus, largo tamen modo, & in materia fauorabili nomine damnorũ

[a] Ang. l. fi. C. d sent. quæ sin cer. qu. prof.

[b] c. 1. de Elec. 6. vb. gl. ver docuerit.

[c] c. cum veniẽ. sent. ext. de ei qui mis. in pos.

[d] l. 3. ff. de dam. inf.

veniunt expensæ: quia & ipsæ diminuunt patrimonium, [c] quod verum est de damnis intrinsecis: nam damna extrinseca, quia sunt extra litem, ad iudicem non pertinent. [f] *Hinc si quis* [g] *propter absentiam litis causa furtum passus sit, quod eo præsente non fuisset, vel si proficisceretur litis causa, & in itinere damnum ei aliquod accideret, vel si incidens in latrones fuerit spoliatus; certè hæc damna non sunt resarcienda, quia non sunt intrinseca damna litis, sed aliundè per accidens separatim à lite veniunt.* g Quod sic intellige, si non sint damna *personalia. Hinc si quis propter assistentiam litis, non potuit artem suam exercere, & damna inde passus sit, tunc victus victori condemnatur in eiusmodi damnis extrinsecis.* [h] quæ condemnatio regulariter fit; nisi victus probabilem habeat causam litigandi, [i] vel iustam causam ignorantiæ [k] prætendat, aut legittimam aliam causam litis suæ ostendat: qua cessante, victus victori condemnabitur, vt suprà. Quod dictum declaratur. 1. Vt expensæ decernantur necessariæ, non verò voluptariæ, & sic *expensæ factæ pro Aduocatis, Procuratoribus, & in itinere, & in hospitiis, in condemnationem veniunt,* [l] *tanquam necessariæ. Minùs verò vtiles, voluptariæ, voluntariæ, non considerantur.* [m] *Hinc si rusticus, qui solitus esset ire pedester, eques, vel vehiculo veniat in iudicium litem suam sollicitandi causa, tales expensæ non veniunt in refectionem.* [n] 2. Decernendæ sunt expensæ, *quas fecisset bonus paterfamilias.* [o] 3. Deduci debent expensæ, *quas domi victor facturus esset,* [p] quæ omnia proceduntur in expensis ratione interesse, vel victoriæ adiudicatis; secùs in expensis ratione contumaciæ factis, vel ex iuris dispositione: *hinc testi ad locum testimonii proficiscenti, non deducuntur expensæ,* [q] *quas domi facturus esset; quia hic pro iure alieno laborat, victor verò pro suo.*

[f] gl. l. 1. ff. de alien. iud. mut. ca. fa. vbi Bart.

[g] arg. l. verum ff. de fur.

[h] Bx. d. l. 1.

[i] c. finem. ext. de do. cont.

[k] arg. c. cum quis. de reg. iu. in 6.

[l] gl. d. c. finem.

[m] C. in primis. 2. q. 1.

[n] l. idemq. § idem ff. mand.

[o] l. vel vniuersorũ. de pig. act.

[p] l. sed & si § quod ff. de pet. her.

[q] l. 2. § Sabino ff. de testi.

De effe-

De effectuali sententiæ exequutione. C. III.

QVia parùm prodesset in causa ius dici inter partes, & sententiam ferri, nisi is, qui sententiam obtinuisset, valeret ius dictum in sua causa, ac sententiæ exequutionem assequi: [a] ideò victores in causis suis iuuantur exequutione rei iudicatæ, quæ tunc demùm fit à iudice, quando, scilicet, sententia transiit in rem iudicatam: vel quando tempore, vel ex consensu partium, sententia confirmatur: vel quando prima sententia per tertiam est confirmata: vel quando reus conuictus & condemnatus, nom interponit appellationem, aut friuolè nulliterque appellatt: [b] quo casu à iure & à iudice refutatur eius appellatio, tenenturque parere iudicato, iudicis mandato accedente, & petitione *partis præuia: quæ duplici auxilio* iuuari potest. Aut *nobili officio iudicis:* aut *actione iudicati.* Prior tamen via expeditior est, [c] qua dum proceditur; tunc nulla est opus figura iudicii, summarieque sine libello, & absque alia iudiciorum obseruatione cognoscitur, super quibus rebus fieri debet executio. [d] Ad quod accedit praxis & vsus sacri Palatii. Referente enim Vestrio, executor sententię non tenetur citare partem ad executionem faciendam nisi velit: [e] & quoties fiunt citationes, toties sunt extraiudiciales & superfluæ. Poterit autem sententia a executioni mandari à iudicibus ordinariis, siue ipsi sententiam tulerint, siue arbitri, compromissarii, modò ipsorum sententia expresso consensu partium vel tacito, [f] scilicet, lapsu dierum, confirmata sit. [f] Delegati verò archiepiscoporum, episcoporum, & aliorum *inferiorum principe*, quibus nulla mentione executionis facta, simpliciter causa est delegata, non poterunt exequi sententiam. [g] Si tamen bona cõdemnati iurisdictioni ordinarii non subsint; tunc ordinarius, qui sententiam tulit, opem alterius iudicis, in cuius iurisdictione,

[a] c. cum aliquib. ext. de re iud.

[b] l. peruenit de App.

[c] Spec. & vesti eo. tt.

[d] l. a diuo. § fi. super. ff. eo.

[e] c. de cætero. eo.

[f] c. si quis. de sent. comp.

[g] d. l. a diuo § fi.

ne, bona condemnatus possidet, imploret, & curet rem iudicatam ad effectum deduci: [h] quod apud nos in prouincia Gnesnensi virtute laudi fieri consueuit; & in hoc casu ordinarius de causa iam cognita non poterit cognoscere, [i] sed tantùm de rebus ipsis, in quibus exequutio fieri debet. [k] Appellationis quoque sententiam, ille iudex exequetur, cuius illa fuerit, quod de sententia condemnatoria, intellige, non de absolutoria, quæ paratam exequutionem secum affert. Si ergò sententia prima, expressè confirmetur per secundam, nulla additione vel detractione facta; tunc iudex primus executionem faciat [l]: si verò prima fuerit in aliquo reformata; tunc iudex appellationis eam exequetur. Consueuit etiam aliquando executio iudici alicui in dignitate Ecclesiastica constituto, in partibus demandari, prout sæpè signatura rescribere solet, cum illa clausula, *constito de tribus conformibus, & de re iudicata:* quo casu citatio partis erit necessaria, quia ille ablatiuus constito, inducit conditionem, [m] quæ purificanda est, docendo de re iudicata, vel de tribus conformibus, vel aliis assertis, per repetitionem actorum, vel alias exteriores probationes. Et prædicti iudices semper exequuntur rem iudicatam, nisi sint aliqua impedimenta executionem impedientia, veluti est *nullitas, restitutio in integrum, excommunicatio, transactio, exceptio, quæ tamen in cõtinenti probari*, & talis esse debet, qualis in c. quo ad cõsultationẽ, ext de re iud. per glosam exprimitur.

Infra quod verò tempus sententia exequenda sit, vtiliter iura disponunt, præcipiendo, in personali actione quatuor menses ad satisfaciendum condemnato dandos esse: in reali verò, protinùs sententiam perfici iubendo. [n] hinc versus:

In personali post menses quatuor: in re
Protinus est omnis sententia perficienda;
Sic in criminibus: sed casus excipe quinq;
Confessus, prægnans, iratus, insula, & seruus.

[h] *c. postulasse de for. comp.*
[i] *c. pastoralis § quinde fo. com*
[k] *d. l. a Diuo § si super.*
[l] *c. cum Ecclesia, & ib. gl. de App.*
[m] *Vest. lib. 8. c. vlt. n. 12.*
[n] *c. conquerenti de off. deleg.*

Plenius de hac re qui cognoscere vult, ille executionis articulum cum Bartolo, [o] distinguat: *aut enim quis in pecunia condemnatur, aut in specie danda, vel restituenda, aut in facto.* Si in pecunia; tunc quatuor menses damnato conceduntur vt suprà: ex causa tamen potest arctari & prolongari hoc tempus: quo adueniente, *reus* actori pecuniam soluet. Si verò non habeat victus in pecunia numerata vnde satisfaciat; tunc executio fiat in rebus suis, [p] & primò in mobilibus mediocriter præciosis, quibus carere reus commodè possit: deinde in præciosis si quæ possidet, & ista capi debent: si verò mobilia non habeat, tunc secundò ad immobilia recurritur: si neque hæc possideat, tunc tertiò peruenitur ad iura & nomina debitorũ, quæ sub pignoræ capiuntur, modò sint cõfessata & liquidata. Olim quoque *debitores in temporariã* seruitutem creditoribus suis, vt nexi adꝺicebantur: quæ duricies postea lenita est: videlicet, vt oberati bonis deficientibus in carceres detrudantur: quos si effugere velint, beneficium eis concessere (quamuis illud flebile sit) cessionis scilicet bonorum: [q] aliquando verò lex compæiens debitoribus, prohibet, ne quis, ob publica debita in carcerem coniiciatur. [r] Hinc *Constantinus* ad populum ait. Neno *carcerem, plumbatorumque verbera, aut pondera, aliaque ab insolentia iudicum reperta supplicia, in debitorum solutionibus, vel à peruersis, vel ab iratis iudicibus expauescat. Carcer pœnalium, carcer hominum noxiorum est, & officialium, & cum denotatione eorum iudicum, quorum de officio certiores esse debebunt, qui contra hanc legem admiserint:* &c. & prædicta via executionis solet frequentari à seculari iudice: ecclesiasticus enim iudex seruat alium processum infrascriptum. *Si in specie* quis condemnatur, vel reali actione est conuictus; tunc tempus arbitrio iudicis indulgetur: ex personali verò quadrimestre habebit. *Si in factum* quis condem-

[o] *Bar. & Castr l. fin. C. de exec. rei iud.*
[p] *d. l. a Diuo pio.*
[q] *C. qui bon. ced. pos.*
[r] *l. nemo. C. de exac. trib. lib. x.*

demnetur; tunc dilationem competentem petet ad opus faciendum: aliàs si non petierit, detrudetur in carcerem, si ad factum præcisè cogi possit: [s] si autem non possit cogi ad factum, tunc soluendo interesse liberatur.

[s] *l. singulario. § si autem ff. de no op. nunc.*

PROCESSVS EXECVTIONIS IN FORO *spirituali.*

PEractis illis, quæ ad liquidationem fructuum, & expensarũ taxationem spectant, consueuerunt literæ executoriales dari, ad personas ecclesiasticas & publicas, vt pote tabelliones, quibus præcipit iudex sub excommunicationis pœna; vt quotiescunque requisiti fuerint, pro instantis parte, infra sex dierum spatium, quorum duo pro primo, duo pro secundo, duo pro tertio eis præfigit, condemnatum moneant, quatenus pareat rei iudicatæ intra triginta dies; quorum decem pro primo, decem pro secundo, decem pro tertio peremptorio termino ac monitione canonica assignat eidem; præcipiendo singulis in sententia contentis parere, quæ per extensum exprimuntur, tam quò ad rei possessionẽ quàm ad expẽsas. Quòd si monitus infra præscriptam triginta dierum dilationem sententiis parere recusauerit; tunc eisdem personis Ecclesiasticis præcipit, vt sic monitum publicè in Ecclesiis excommmunicatum denuncient: si verò post denuntiationem infra spatium decem dierum, vel vnius mensis sententiam excommunicationis sustineat; tunc easdem censuras aggrauat, quo casu cum maiori solennitate innouãtur censuræ vczt, pulsatis cãpanis, candelis accensis & postea extinctis, & in signum meledictionis iisdem in terram proiectis: quas si rursum post decem dies sustinuerit, tunc reaggrauantur seu iterantur censuræ, quarum formã præmisimus suprà. [t] Quodsi verò aduersarius tanto tempore sustineat censuras, vt propter nimiam contumaciam videatur insordescere

Sup. c. 15. proc ont. contu.

scere; tunc iuxta obseruationem signaturæ. [v] Curia Episcopalis Cracouiensis consueuit procedere ad sequestrationem beneficiorum, & aliquando ad priuationem: quodverum est, si insordescens excommunicatus esset pro crimine: secus si pro nũmaria causa, [x] in qua si prophanæ legis pietas in tantùm occurrebat, vt voluerit supradictis modis coram seculari iudice aduersus duriciem ac seuiciam creditorum debitoribus succursum esse: non mirum est, si Ecclesiastica curia mitius contra eos procedat per monitionem Canonicã, & censurariam compulsionem vsque ad debitam satisfactionem, quod dictum procedit in eo debittore, qui excommunicatus contumaciter, cùm habeat vnde soluuat, resistit præcepto iudicis. *Si verò debitor præsertim clericus s non habeat vnde satisfaciat, ob impotentiã paupertatis; tunc non debet excommunicari pro debito pecuniario; nec in carcerem mitti, etiam si pactum fecerit mancipando se perpetuo carceri, quæ obligatio non valet tàm propter fauorem libertatis humanæ, quam propter odium seruitutis, ad quam liber homo, præsertim miles Dei, astringere se nequit;* [y] *nec ad cessionem bonorum cogi; sed præstabit cautionem saltem iuratoriã de soluendo; cùm venerit ad pinguiorem fortunam:* [z] *& aliter lata sententia excommunicationis, contra notoriè non valentem soluere, est iniusta.* [a] quãdoquidẽ clericus ex contractu nõ potest cõueniri vltra, nisi in quantũ satisfacere potest: neq; ab eo sunt extorquẽdia omnia; sed debet ei relinqui vnde honestè viuere possit, ne egeat, & in opprobrium status ecclesiastici mẽdicare cogatur: secus si ex maleficio, vel quasi conueniatur: quo casu non habetur ratio ne egeat: quod priuilegium clericorum est singulare, & perpetuò mente tenendum. Huic additur quoque aliud beneficium, quo debitores clerici, imo & laici inopes possunt iuuari contra executionem rei iudicatæ: videlicet *Literæ* [b] *quinquennales, seu moratoriæ dilationes,* per

[v] *Post. d. lo. n. 22.*

[x] *Abb. c. 1. n. 24 ext. de ind. ibi. Rip. n. 77.*

[y] *l. 2. ff. de lib. exhib. Cou. variar. l. 2. n. 7. c. 1.*

[z] *c. Odoardus ext. de solut. & ib. Abb.*

[a] *Abb. d. c. 1. n. 9.* *Priuilegium clericor.*

[b] *Zerol. in praep. lit. quin. dd. in l. fin. C. qui bon. ced. po.*

quas debitori conceditur quinquennium ad soluendum suis creditoribus, talesq; dilationes vulgò vocantur à nostris Zelá-
zny list/ & conceduntur à principe: [c] quæ omnia priuilegia circa executionem sunt attendenda: Legittimè igitur re iudicata executa, finem omnis controuersia accipit: quem nostro quoque processui ad laudem D. O. M. imponimus.

[c] Reluf. in tra. de lit. dilat. art. 1. gl. 1.

APPROBATIO.

Eximium opus hoc à R. & Clariſs. D. Iacobo Ianidlouio I. V. D. & in Academia Cracouienſi Profeſſore, ſummo ſtudio elaboratum, & non minus longo ſubſelliorum vſu notatum, quã ex optimis quibuſq; authoribus concinnatum, nihil eiuſmodi continet, quod religioni Catholicæ repugnet, aut bonis moribus aliquam labem aſpergat: & cum foro ſpirituali plurimùm conducat, ac iudlicibus, aduocatis, litigatoribus, propter accuratam, diſtinctam, & dilucidam iudiciarii proceſſus explanationẽ, quaſi fax & Cynoſura in cauſis eccleſiaſticis præluceat: typis procuſum in lucem edi meretur, vt vſus eius perneceſſarius, quamprimum ad complurium vtilitatem, dimanet atque redundet.

SIC CENSÆO EGO ANDREAS SCHONEVS, S.T. ET I. V. D. ET VNIVERSITATIS CRAC. GENERALIS RECTOR.

Cracouiæ ex Collegio Maiori ipſis Kalendis Auguſti 1606.